DE VOCUM SONORUMQUE IN STROPHICIS AESCHYLI CANTICIS AEQUABILITATE.

DISSERTATIO INAUGURALIS QUAM AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES AB AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINE HALENSI RITE CAPESSENDOS SCRIPSIT

WILLIAM KUEHN
BORUSSIAE OCCIDENTALIS
ORIUNDUS AB URBE
MARIENBURG.

HALIS SAXONUM
FORMIS EXPRESSERUNT WISCHAN ET BURKHARDT
MDCCCCV.

[illegible]

CAROLO ROBERT

S.

Bacchylidis carmina nuper inventa commentatus primus Fridericus Blass in huius poetae carminibus saepe locis strophae et antistrophae inter se respondentibus verba aut eadem aut similia repetita recurrere animadvertit, eiusdemque figurae in commentatione, quam Mus. Rhen. vol. LV p. 91 sqq. inseruit, exempla cum ex aliis Graecorum poetis lyricis tum ex Alcmane petita contulit; neque ab Homerica dictione hanc figuram alienam esse praeter alia mihi probant versus Il. B 414 sq.

πρίν με κατὰ **πρηνὲς** *βαλέειν Πριάμοιο μέλαθρον*
αἰθαλόεν, **πρῆσαι** *δὲ πυρὸς δηίοιο θύρετρα.*

Potissimum autem in strophicis tragicorum canticis talia saepe leguntur, quae ex poetica dictione in pedestrem quoque sermonem translata primus Gorgias ad certas leges redegit intemperantiusque adhibuit; qua de causa hanc *παρομοιώσεως* figuram una cum antitheto et pariso rhetorici scriptores comprehendunt *Γοργιείων σχημάτων* nomine.*) e quibus *παρομοιώσεως* in sermone pedestri figuram sic definit Aristoteles (Rhet. III 9, 1410 a 25): *παρομοίωσις ἐὰν ὅμοια τὰ ἔσχατα ἔχῃ ἑκάτερον τὸ κῶλον. ἀνάγκη δὲ ἢ ἐν ἀρχῇ ἢ ἐπὶ τελευτῆς ἔχειν,* quae eo nituntur, quod plurima atque gravissima *παρομοιώσεως* exempla in initio aut exitu colorum leguntur; sed nihil obstat, quin media quoque cola consonent, accuratiorque est Anaximenis de hac figura doctrina (p. 64 Spengel-Hammer): *παρομοίωσις δὲ ἔστιν ἡ μείζων τῆς παρισώσεως· οὐ γὰρ μόνον*

---

*) Ed. Norden, Die antike Kunstprosa, p. 15 sqq., imprimis p. 27; Willy Barczat, De figurarum disciplina atque auctoribus. Diss. Gott. 1904. p. 10.

ἴσα τὰ κῶλα ποιεῖ, ἀλλὰ καὶ ὅμοια ἐξ ὁμοίων ὀνομάτων. — Παρομοιώσει plerumque accedit παρίσωσις, de qua sic Rhethoricae ad C. Herennium auctor (IV 20, 27): „compar appellatur quod habet in se membra orationis, quae constent ex pari fere numero syllabarum. hoc non dinumeratione nostra fiet — nam id quidem puerile est — sed tantum afferet usus et exercitatio facultatis, ut animi quodam sensu par membrum superiori referre possimus."

Haec omnia in lyricae quoque poesis strophas atque potissimum in tragoediam cadere iam pridem animadversum est. ad παρομοιώσεως figuram referendum esse apparet cum verba non modo consona, sed etiam eadem respondentibus strophae et antistrophae locis repetuntur; qui verborum recursus interdum per longiorem versuum seriem regnantes efficiunt, ut maiores stropharum partes cum antistrophis ad verbum congruant. atque has sententiarum iterationes, e quibus maxime nota sunt ephymnia in extrema et stropha et antistropha posita, praetermittam quippe quae res sit altioris indaginis; de vocum autem sonorumque aequabilitate, quam παρίσωσις plerumque auget et firmat, mihi in animo est agere quamquam a compluribus iam viris doctis tractata: Kiehl in Mnemosyna 1852, Beer in dissertatione qua de arte Aeschyli observationes in Septem contra Thebas Lipsiae 1877 publicavit, Gustafsson in libello de vocum in poematis Graecis consonantia Helsingforsiae 1879 huius artificii exempla nonnulla contulerunt, atque Gustav Jacob, qui de aequali stropharum et antistropharum in tragoediae Graecae canticis conformatione Berolini 1866 disseruit, omnia quae ex Aeschyli, Sophoclis, Euripidis canticis hauriri poterant colligere studuit. at ille etsi rei satis memorabilis causam prope iam perspexit, prae verborum atque sententiarum iteratione concentus respondentium syllabarum subtiliores plane neglexit quippe qui minoris ei momenti esse viderentur, ita ut ne colligendi quidem laboris gratiam fecerit; neque in disponenda materia quibus locis quoque ambitu positae

hae repetitiones invenirentur, sed quales voces iteratae exstarent respexit; quod quam nihil sit omnino facile apparet. quibus de causis cum denuo in hanc rem inquirendum videatur, hoc loco exempla ex Aeschyli fabulis solis petam atque recensebo.

Strophae initium eodem atque antistrophae fit verbo in his versibus (Weilii utar versuum dinumeratione):

1. Cho. 935 *ἔμολε μὲν Δίκα*
946 *ἔμολε δ' ᾧ μέλει.*

metrum est dochmiacum. animadvertas velim huius periodi etiam in exitu idem recurrere verbum:

936 *βαρύδικος Ποινά*
947 *δολιόφρων Ποινά*

ut exemplum quodam modo habeamus hoc loco strophicae *συμπλοκῆς*.

Ἀναδίπλωσιν strophae et antistrophae exordium facientem videmus in aeolico longioris ambitus versu quem continui trochaei sequuntur:

2. Eum. 996 *⟨χαίρετε⟩ χαίρετ' ἐν αἰσιμίαισι*
1014 *χαίρετε χαίρετε δ' αὖθις.*

nam ad lacunam explendam strophae quoque vocem recte conduplicavit Turnebus.

Multo autem saepius a paribus interiectionibus strophae initia ducunt. hic quoque *ἀναδίπλωσις* occurrit, iambico in metro:

3. Sept. 874 *ἰὼ ἰὼ δύσφρονες*
880 *ἰὼ ἰὼ δωμάτων*

4. Ag. 1136 *ἰὼ ἰὼ ταλαίνας*
1146 *ἰὼ ἰὼ λιγείας,*

ubi insequentium verborum praeter parisosim hic exitus, illic initia consonare commemoro.

Ἀναφορᾶς exemplum est strophae initio:

5. Ag. 1156 *ἰὼ γάμοι γάμοι Πάριδος ὀλέθριοι φίλων·*
ἰὼ Σκαμάνδρου πάτριον ποτόν· . . . .
1167 *ἰὼ πόνοι πόνοι πόλεος ὀλομένας τὸ πᾶν·*
ἰὼ πρόπυργοι θυσίαι πατρὸς

posteriorum verborum insignis parisosis notanda est, tum strophae anadiplosis *γάμοι γάμοι*, cui in antistropha respondet *πόνοι πόνοι*, de qua re infra agendum erit; deinde vocum ***Πάριδος*** ∾ ***πόλεος*** et incipientium et exeuntium consonantia, quam *παρομοίωσιν καθ᾽ ὅλον* appellemus; praeterea verborum *ὀλέθριοι* ∾ *ὀλομένας* et *πάτριον* ∾ *πατρὸς* eadem stirps est; illa respondentia strophae et antistrophae loca obtinent, hic consona vox in antistropha paulo longius a loco suo abest. metrum mixtum est ex iambis et dochmiis.

Ceteris locis qui talem in modum exornantur, singulae respondent interiectiones; in iambis id fit:

6. Sept. 166 *ἰὼ παναρκεῖς θεοί*
174 *ἰὼ φίλοι δαίμονες*

7. Ag. 1100 *ἰὼ πόποι*
1107 *ἰὼ τάλαινα.*

parisosis hic sublata est. —

8. Pers. 268 *ὀτοτοτοῖ, μάταν*
274 *ὀτοτοτοῖ, φίλων*

in dochmio; atque:

9. Pers. 954 *οἰοιοῖ βόα καὶ πάντ᾽ ἐκπεύθου*
966 *οἰοιοῖ, ποῦ δέ σοι Φαρνοῦχος*

ubi in tanta loci corruptione ne metrum quidem certo cognosci potest. nam Hermanni coniectura: 966 *οἰοιοῖ ⟨βόα⟩ ποῦ σοι Φαρν.* recipienda mihi non videtur quia praeter interiectionem verbum quoque idem in antistrophae initio recurrere non solet in vetustioribus Aeschyli fabulis.

Repetitae hae interiectiones etiam artius conexae cum insequentibus verbis versum explebant; ipsae autem versum efficiunt:

10. Sept. 151 ∾ 158 *ἒ ἒ ἒ ἔ.*
11. ib. 965 ∾ 978 *ἠέ. ἠέ.*

Periodorum vel versuum inter se respondentium in initiis eadem recurrunt verba in iambis:

1. Suppl. 812 *βίαια μὴ φίλοις ὁρῶν ὄμμασιν ἐνδίκως.*
   821 *βίαια δίζηνται λαβεῖν.*

ubi cum vocales eaedem transpositae in verbis *μὴ φίλοις* ∾ *δίζηνται* recurrant, commendatur Lachmanni coniectura *φίλοις*, reicitur Weilii *φαιδροῖς* (*φιλεῖς* Med.). codicum scripturam *ἐνδίκοις* correxit Wilamowitz, cui antecedentis sententiae accuratam interpretationem debemus (comm. metr. II 21).

2. Eum. 160 *πάρεστι μαστίκτορος*
   166 *πάρεστι γᾶς ὀμφαλὸν*

hoc quoque loco *συμπλοκῆς* exemplum invenimus (cf. paulo ante p. 3 ad Cho. 935/46), cum periodum simulque stropham terminet repetitum *κρύος ἔχειν* ∾ *ἄγος ἔχειν.* sed de tota iam stropha hoc loco agendum videtur:

ἐμοὶ δ' ὄνειδος ἐξ ὀνειράτων μολὸν
ἔτυψεν δίκαν διφρηλάτου
μεσολαβεῖ κέντρῳ
ὑπὸ φρένας ὑπὸ λοβόν.
πάρεστι μαστίκτορος δαΐου δαμίου
βαρὺ τὸ περίβαρυ κρύος ἔχειν.

Ant. *τοιαῦτα δρῶσιν οἱ νεώτεροι θεοὶ*
κρατοῦντες τὸ πᾶν δίκας πλέον
φονολιβῆ θρόνον
περὶ πόδα περὶ κάρα.
πάρεστι γᾶς ὀμφαλὸν προσδρακεῖν αἱμάτων
βλοσυρὸν ἀρόμενον ἄγος ἔχειν.

in antistropha *φονολιβῆ* Arnaldus, *ἀρόμενον* Abreschius correxerunt: *φονολειβῆ* et *αἰρούμενον* in Mediceo. iambici regnant numeri quibus admixti sunt dochmii et huius formae versus ⏑⏑⏑⏑⏑⏑⏑⏑— (Sept. 782/89).
quae post trimetri (vv. 155/62) caesuram incipit *ἰσοκωλία* per totam fere stropham pergit; *παρομοιώσεις* notandae

sunt: *δίκαν* ∾ *τὸ πᾶν*, ubi exitus, et *διφρηλάτου* ∾ *δίκας πλέον*, ubi initia consonant; accedit quod eadem vox, quae priorem versum dochmiacum terminat (*δίκαν*), in antistropha iambi qui sequitur initium facit; tum verborum *μεσολαβεῖ* ∾ *φονολιβῆ* animadvertas *ὁμοιόμεσον*. strophae anadiplosi *ὑπὸ - ὑπὸ* respondet in antistropha *περὶ* conduplicatum. posterioris periodi *συμπλοκήν*, quam hic *παρομοίωσις κατὰ μέσον* (*μαστίκτ.* ∾ *γᾶς*), illic *κατὰ τέλος* (*κρύος* ∾ *ἄγος*) auget, iam commemoravi. ambiguum hic maxime est, quo loco recte distinguatur. ad antistropham annotat scholiastes: *τὸν θρόνον οὗ Ὀρέστης καθῆστο, πάρεστιν ὁρᾶν φονολιβῆ ἀπὸ ποδῶν ἕως κεφαλῆς ὅλον. τὸ δὲ »γᾶς ὀμφαλὸν« ἀντὶ τοῦ τὸν* (sic Kirchhoff, *τὸ* in Med.) *ἐν Πυθοῖ·* ponit igitur distinctionem ante *φονολιβῆ*, sicut in Med. scriptum est, atque *γᾶς ὀμφαλὸν* appositionem vocis *θρόνον* esse putat. sed in tanta aequabilitate quanta his in strophis regnat, distinguere quoque isdem locis oportet; cf.:

Ag. 1156 *ἰὼ γάμοι γάμοι Πάριδος ὀλέθριοι φίλων. ἰὼ . . .*
1167 *ἰὼ πόνοι πόνοι πόλεος ὀλομένας τὸ πᾶν. ἰὼ . . .*

ib. 369 *ἔπραξεν ὡς ἔκρανεν. οὐκ ἔφα τις*
387 *ἄκος δὲ παμμάταιον. οὐκ ἐκρύφθη*

Cho. 47 *δύσθεος γυνά· φοβοῦμαι δὲ*
57 *νῦν ἀφίσταται· φοβεῖται δέ*

id. 935 *ἔμολε μὲν Δίκα . . . . . βαρύδικος Ποινά· ἔμολε δὲ*
946 *ἔμολε δ' ᾧ μέλει . . . . . δολιόφρων Ποινά· ἔθιγε δὲ*

neque aliter videtur res se habere in vv.:

Cho. 320 *χάριτες δ' ὁμοίως. † κέκληνται*
337 *φυγάδας θ' ὁμοίως. τί τῶνδ' εὖ . . .*

quod iam Godofredus Hermannus animadvertit Weiliusque respexit, qui in priore Eumenidum editione post vv. 158/65, tum in posteriore antecedentis versus in exitu notam posuit, cum interpretationem illic prolatam non satisfacere ipse vidisset; sed tum neque *ὑπὸ φρένας ὑπὸ λοβὸν* neque *περὶ πόδα περὶ κάρα* quae adverbiorum vicem obtinent bene

coniunguntur cum sequentibus verbis neque quo loco potissimum exspectatur distinctio invenitur, videlicet ante *πάρεστιν*; hic enim in altissimum evectus est tenor strophae, id quod recurrente in initio eodem verbo clare significatur, cum ea quae antecedit pars exeat in verba paribus eiusdem versus locis et in stropha et antistropha duplicata. iam Hermannus hunc in modum distinxit, qui mutato *θρόνον* in *θρόμβον* sic interpretatur: praeter fas sibi vindicantes caedis vestigia, iudicium sibi arrogantes parricidii. quod cum minime placeret, aliter loco mederi conati sunt viri docti; atque plurimis offensionem praebebat illud *δίκας πλέον*. itaque *Δίκας θρόνον* proposuit Bergk, quod minime est Aeschyleum, immo *Δίκης βωμός* (Ag. 383, Eum. 539), *πυθμήν* (Cho. 646), *δόμος* (Eum. 515), *ἕρμα* (Eum. 564); *Δίκης βάθρον* (Soph. Ant. 854).*) simili autem ratione hoc *πλέον* mihi videtur adhiberi in Pers. v. 631 sq.:

> *εἰ γάρ τι κακῶν ἄκος οἶδε πλέον,*
> *μόνος ἂν θνητῶν πέρας εἴποι,*

ut idem atque *ὑπέρτερον* sit *πλέον κακῶν*. excepto quod illic *πλέον* adverbii, hic adiectivi vicem obtinet, tantopere inter se pares sunt loci ut hic illi subveniat: quod plus est iure, ultra ius excedit, ius superat, contra ius est; atque quod malo superius est remedium est mali. sed hoc minoris momenti est; plus refert cognoscere utrum *θρόνον* sit recipiendum necne. ne in *θρόμβον* mutemus dissuadet vocabuli sensus huic loco minime aptus sive Orestem sive terrae umbilicum sive quidvis aliud dictum putamus. quod Fritzsche proposuit *φονολιβεῖ θάκῳ* (cf. strophae *μεσολαβεῖ κέντρῳ*), cum non iam adeo summum strophae verticem ante *πάρεστιν* esse appareat, displicet. neque est cur vocabulum traditum mutemus, cum *κρατεῖν* cum accusativo *θρόνον* coniungi posse doceant exempla:

---

*) in Eum. v. 511 *ἰὼ Δίκα - ἰὼ θρόνοι τ' Ἐρινύων* hiatu satis demonstratur illud *θρόνοι* cum *Ἐρινύων* iungendum esse.

Soph. O. C. 1380 *τοιγὰρ τὸ σὸν θάκημα καὶ τοὺς σοὺς θρόνους κρατοῦσιν* (*Ἀραί*),

Eur. Phoen. 591 *ὥστ᾽ ἐμὲ σκῆπτρα κρατοῦντα*, quamquam haec Parisini *E* saeculi XIII scriptura fortasse mutanda est in *σκῆπτρον*; Athen. VII 289 c *σκῆπτρον κρατῶν*. — illam quam proposui distinctionem in Sidgwickii quoque editione inveni. iungendum igitur est *περὶ πόδα περὶ κάρα* cum *φονολιβῆ*: qui sanguine stillat a vertice ut aiunt ad extremum unguem, ut pendeant illae voces adverbii locum obtinentes ex verbo quod latet in adiectivo *φονολιβῆ*; cf.: Cho. 303 *Τροίας ἀναστατῆρας εὐδόξῳ φρενί*,
ib. 598 *ἔρωτας ἄταισι συννόμους βροτῶν ξυζύγους ὁμαυλίας*,

de quo loco postea erit agendum (cf. *παρομοίωσις κατὰ μέσον*). in v. 168 *ἔχειν* temere temptatum eadem utitur vi atque *ὥστε ἔχειν* (Eum. 228 *οὐδ᾽ ἂν δεχοίμην ὥστ᾽ ἔχειν τιμὰς σέθεν*), quod nos vertere solemus: zum (ewigen) Besitz; cf.:

Eum. 335 *λάχος Μοῖρ᾽ ἐπέκλωσεν ἐμπέδως ἔχειν*.
Suppl. 79 *δόντες ἔχειν παρ᾽ αἶσαν*, aliaque.

Weilii inventum, ut in stropha distinguatur post v. 157 *λοβόν*, inde irritum fit, quod *ὑπὸ φρένας ὑπὸ λοβὸν* quae motum indicant iungi non possunt cum *ἔχειν*.

Restat ut cetera illius figurae exempla, quae periodi vel coli initio inveniantur, enumerem:

3. Suppl. 703 *δίκας ἄτερ πημάτων διδοῖεν*.
709 *Δίκας γέγραπται μεγιστοτίμου*.

illic numeri pluralis accusativum, hic singularis genetivum, qui eiusdem sunt scripturae, intellegi moneo. ultimae cantici strophae quae ex iambis constat versus extremus hac figura non sine vi incipit.

Ea quoque repetuntur verba quae ex singulis syllabis constant; in iambis arsim omnia occupant, cum insequentium vocum accedat parisosis ut eminentior fiat figura:

4. Suppl. 156 τὸν γάϊον
170 τὸν τᾶς βοὸς
5. Pers. 130 τὸν ἀμφίζευκτον
137 τὸν αἰχμήεντα
6. Eum. 553 τὸν ἀντίτολμον
561 τὸν οὐδὲν αὐχοῦντ᾽
7. Pers. 1056 καί μοι γενείου
1062 καὶ ψάλλ᾽ ἔθειραν

Interiectiones quoque easdem hoc modo recurrentes inveni in metro iambico:

8. Pers. 1043 ~ 1051 ὀτοτοτοτοῖ.
9. ib. 1045 οἶ μάλα καὶ τόδ᾽ ἀλγῶ.
1053 οἶ στονόεσσα πλαγά.

in antistropha Medicei scripturam μοι emendavit Lachmann; bene clauditur et stropha et antistropha versu ab eodem vocabulo incipiente.

Trochaicorum versuum initia faciunt eaedem voces his locis:

10. Pers. 956 ποῦ δέ σοι
968 ποῦ δὲ Σευάλκης

ubi praeter particularum conduplicationem etiam παρομοίωσις κατ᾽ ἀρχὴν occurrit.

11. Eum. 388 καὶ δυσομμάτοις ὁμῶς.
396 καὶ δυσάλιον κνέφας.

extremus strophae atque cantici versus exornatur, primum pari vocabulo initiali, deinde concinis insequentium verborum initiis (δυσ-) et totius versus parisosi.

12. Sept. 153 ὦ πότνι᾽ Ἥρα.
159 ὦ φίλ᾽ Ἄπολλον.

hoc versu Adonio admixto dochmiis in stropha regnantibus chori virgines respondentibus locis deos invocant.

Membri Reiziani, quod iambicam terminat stropham, initium fit eodem verbo:

13. Pers. 259 τόδ᾽ ἄχος κλύοντες.
265 τόδε πῆμ᾽ ἄελπτον.

neque hic deest parisosis, cum τόδε non seiungendum sit a vocabulo cui appositum est, et ἄχος et πῆμα fere idem significent.

Versus dochmiaci initium fit repetitione:

14. Sept. 205 ὅτε τε σύριγγες ἔκλαγξαν
213 ὅτ᾽ ὀλοᾶς νιφομένας βρόμος

in v. 205 ὅτε recc., ὅτι Med.

Denique hoc loco afferam exempla, quae quamquam medio in versu, tamen sententiae respondentis principio eiusdem verbi recursum exhibent:

15. Ag. 369 ἔπραξεν ὡς ἔκρανεν. οὐκ ἔφα τις
387 ἄκος δὲ παμμάταιον. οὐκ ἐκρύφθη

ubi insequentium quoque verborum consonantia notanda est;

16. Cho. 46 δύσθεος γυνά· φοβοῦμαι δ᾽ ἔπος
57 νῦν ἀφίσταται· φοβεῖται δέ τις,

ubi alia eiusdem verbi forma in antistropha exstat, alia in stropha. et hic et illic iambici regnant in canticis numeri.

Strophae ut primordium sic exitus quoque significatur eiusdem verbi recursu; de vv.:

1. Eum. 161 (πάρεστι . . . . κρύος) ἔχειν.
167 (πάρεστι . . . . ἄγος) ἔχειν,

qui strophicae συμπλοκῆς exemplum exhibent, iam supra dixi (p. 5).

2. Prom. 588 κλύεις φθέγμα τᾶς βούκερω παρθένου;
608 θρόει φράζε τᾷ δυσπλάνῳ παρθένῳ.

hic dativus, illic genetivus eiusdem nominis et articuli respondenti loco leguntur; reliquorum verborum praeter parisosim notanda est παρομοίωσις κατὰ τέλος in κλύεις ∼ θρόει et βούκερω ∼ δυσπλάνῳ, κατ᾽ ἀρχὴν in φθέγμα ∼ φράζε. alternant in monodia iambi et dochmii.

Mutata forma idem verbum duplicatur etiam:

3. Eum. 515 δόμος Δίκας
524 σέβοι δίκαν

in trochaeis, et in versibus aeolicis:

4. Pers. 953 δυσδαίμονά τ᾽ ἀκτάν.
965 θείνοντας ἐπ᾽ ἀκτᾶς.

5. Pers. 939 [πέμψω] πέμψω πολύδακρυν ἰαχάν.
948 κλάγξω δ᾽ ἀρίδακρυν ἰαχάν.

hanc Hermanni in antistropha coniecturam recepi, cum in mss. κλάγξω δ᾽ αὖ γόον ἀρίδακρυν scriptum legatur. cum deleto cum Porsono altero πέμψω paroemiacus sit intellegendus versus, metricis de causis quae tradita sunt verba servari non possunt, et qui contulerit reliqua quae hoc loco enumeravi exempla aliaque ut huius fabulae vv.:

573 οὐράνι᾽ ἄχη, ὀᾶ
581 δαιμόνι᾽ ἄχη, ὀᾶ

ubi verborum conduplicationi adiecta est antecedentium παρομοίωσις, hic quoque graviorem exspectabit concentum atque illam praeferet Weilii coniecturae ἀρίδακρυν αὐτάν. —

6. Suppl. 751 κόρακες ὥστε βωμῶν ἀλέγοντες οὐδέν.
759 κυνοθρασεῖς θεῶν ἐπᾴοντες οὐδέν.

ἐπαΐοντες quod in margine ascriptum exhibet Med., ante οὐδέν collato v. 751 transposuit Meineke; ἐπᾴοντες potius subscripto ι videtur legendum esse, cum licentia in respondentium dochmiorum formatione eadem (⏓ ⏖ — ⏑ —) occurrat etiam in Ag. v. 1164 δήγματι φοινίῳ
1175 -βαρὴς ἐμπίτνων.

recepta emendatione praeter verbi οὐδὲν conduplicationem antecedentium participiorum παρομοίωσις κατὰ τέλος et consonantia -τε βω- ∾ θεω(ν) notanda est.

Interiectionibus quoque iisdem repetitis strophae finis significatur:

7. Pers. 651 ∾ 656 ἠέ,

ubi hiatu satis demonstratur non iam intra versum interiectionem trahendam esse, sed per se metrum efficere.

Periodorum vel colorum respondentium exitus ostendunt eiusdem vocis recursum in metro dochmiaco:

1. Cho. 936 βαρύδικος Ποινά·
947 δολιόφρων Ποινά·

huius periodi initium quoque eodem in stropha atque antistropha verbo fieri supra commemoravi (p. 3).

2. Ag. 1162 ἔπος ἐφημίσω;
1173 τάδ' ⟨ἐπ⟩ εφημίσω.

quae desideratur unam brevem supplevit Paley.

3. Cho. 320 χάριτες δ' ὁμοίως.
337 φυγάδας θ' ὁμοίως.

membrum hoc esse Reizianum videtur; sed id unum fere de loco in stropha corruptissimo iudicari potest. quam scholiastes proposuit interpretationem τοῖς προσθοδόμοις Ἀτρείδαις ὁ γόος ὁ εὐκλεὴς ὁμοίως χάριτες κέκληνται quamquam Wilamowitz et Blass receperunt ferri non posse puto cum distinctionem in stropha quoque post ὁμοίως exspectari supra monuerim. quam ob rem, cum tenebris contraria lux esset, idem accidere in benevolentia utrique praestanda poetam dicere voluisse Roberti sententia est quam totus accipio. insequentium verborum propter gravissimam corruptionem scriptura genuina ut eruatur haud scio an fieri non possit.

4. Cho. 346 πρός τινος Λυκίων, πάτερ
364 τείχεσι φθίμενος, πάτερ

in antistropha quoque cum Weilio et Weckleinio vocativum retineo nixus mss. codd. auctoritate, contra Heim-

soethii aliorumque opinionem, qui *πατὴρ* in v. 364 scribendum esse coniecerunt. anacoluthon igitur agnoscendum est cum sequatur *οἱ κτανόντες νιν.*

5. Suppl. 815 *σεβίζου δ' ἱκέτας σέθεν*
823 *ταλάντου· τί δ' ἄνευ σέθεν*

sic Medicei versuum distinctio, quae concentu commendatur. in initio praeterea *ὁμοιοτέλευτον* (*σεβίζου* ∾ *ταλάντου*) animadvertendum est. versus est glyconeus.

6. Cho. 802 *κλύετε σύμφρονες θεοί.*
814 *πρᾶξιν οὐρίσαι θεῶν.*

antistrophae totam periodum ascribo, de qua paucis videtur agendum: *ξυλλάβοι δ' ἐνδίκως*
παῖς ὁ Μαίας ἐπιφορώτατος
πρᾶξιν οὐρίαν θέλεν. (ω supra ε)

haec Med. scriptura quam Emperius emendavit in *ἐπεὶ φορώτατος*; contra Dindorf *ἐπι* deleto *φορώτατος θεῶν.* at hoc loco *θεῶν* minus placet quam uno versu post, ubi traditum fere a codice propter eiusdem verbi in stropha recursum prope postulatur; quam lectionem primus quod sciam Wilamowitz Dindorfio attributam recepit; illud *θέλων* ex glossemate ascripto ad insequentis versus *χρηίζων* ortum esse suspicatur Sidgwick. aptissima etiam ob eam causam emendatio *θεῶν* videtur, quia sic deorum invocatio ipso deorum nomine non sine effectu terminatur. *οὐρίαν* in *οὐρίσαι* mutavit Schoemann. versus sunt trochaici.

Praeterea haec figura in exitu occurrit iambici versus qui aeolicos excipit:

7. Pers. 573 *οὐράνι' ἄχη, ὀᾶ*
581 *δαιμόνι' ἄχη ὀᾶ*

ubi praeter nominis recursum etiam interiectio duplicatur, quae hiatu ab antecedentibus verbis disiuncta intervallum indicat gravius.

8. Pers. 280 ἴυζ' ἄποτμον δαΐοις
286 στυγναί γ' Ἀθῆναι δαΐοις.

ἴυζε ἄποτμον βοὰν δυσαιανῆ πέρσαις δαΐοις Med. vocem δάϊος in stropha miseri significationem habere incredibile est cum in antistropha hic sensus certo non sit agnoscendus; quam ob rem cum in stropha Πέρσαις δαΐοις dici non possit a choro Persarum senatu, seiungendae hae voces sunt atque altera trahenda in sententiam secundariam; cum hoc abhorreat a voce δαΐοις, hanc transponendam esse apparet, praesertim cum traditus ordo servari non possit metricis quoque de causis; itaque collata antistropha primi strophae versus in exitu post ἄποτμον illam vocem inseruit Hermannus.

Denique haec exempla sunt afferenda in quibus interiectionibus repetitis exitus significantur:

9. Prom. 579 πημοσύναις, ἒ ἕ
599 φοιταλέοις, ἒ ἕ,

in versu dochmiaco, ubi allitterantium verborum praepositorum parisosis notanda est, quae quidem coniectura demum ab Hermanno restituta est: πημοναῖσιν et φοιταλέοισιν in Med.

Multo autem insignius complurium deinceps versuum fines hoc modo exornantur:

10. Pers. 568 τοὶ δ' ἄρα πρωτόμοροι, φεῦ,
λειφθέντες πρὸς ἀνάγκαν, ἠέ,
ἀκτὰς ἀμφὶ Κυχρείας, ὀᾶ, ...
576 γναπτόμενοι δ' ἁλὶ δεινά, φεῦ,
σκύλλονται πρὸς ἀναύδων, ἠέ,
παίδων τᾶς ἀμιάντου, ὀᾶ, ...

in capite strophae aeolicae, et:

11. Pers. 550 Ξέρξης μὲν ἄγαγεν, ποποῖ,
Ξέρξης δ' ἀπώλεσεν, τοτοῖ, ...
560 νᾶες μὲν ἄγαγον, ποποῖ,
νᾶες δ' ἀπώλεσαν, τοτοῖ,

in versibus iambicis, ubi priorum verborum conduplicatio cumulata tanto insigniorem reddit exornationem.

Plane secretae a finitimis verbis sunt atque ipsae metrum efficiunt interiectiones in trochaeis hoc loco:

12. Pers. 116 ∾ 121 *ὀᾶ*,
13. Sept. 327 ∾ 339 *ἒ ἔ*,

ubi trochaei et dactyli mixti in stropha occurrunt.

Multo saepius medio in versu eaedem voces isdem et strophae et antistrophae locis repetuntur; cuius rei exempla sunt haec:

1. Suppl. 574 *Ζεὺς αἰῶνος κρέων ἀπαύστου*
582 *δι᾽ αἰῶνος μακροῦ πάνολβον*

in versu iambico qui strophae initium facit. haud placet nomine *Ζεὺς* in proximam lacunam moto scribere in v. 574 quoque cum Hermanno *δι᾽ αἰῶνος*, cum strophae in initio interiectiones tantum repetitas exhibeant vetustiores fabulae, posteriores praeter interiectiones etiam verba. atque chori interrogationi *τίς ἦν ὁ θέλξας πολύπλαγκτον ἀθλίαν οἰστροδόνητον Ἰώ*; multo maiore cum vi statim respondetur, ut me docuit Robert, ab adiutoris dei summi nomine strophae exordio sumpto.

2. Ag. 160 *Ζεὺς ὅστις ποτ᾽ ἐστίν*
168 *οὐδ᾽ ὅστις πάροιθεν*

in metro trochaico, primo strophae versu; sequentes quoque voces allitterare moneo.

3. Pers. 694 *σέβομαι μὲν προσιδέσθαι,*
σέβομαι δ᾽ ἀντία λέξαι . . . . .
700 *δίεμαι μὲν χαρίσασθαι,*
δίεμαι δ᾽ ἀντία φάσθαι,

in primo atque secundo strophae ionicae versu. praeterea versuum exitus similes et anaphoram qua strophae et antistrophae initium fit animadvertas.

4. Pers. 550 *Ξέρξης μὲν [γὰρ] ἄγαγεν, ποποῖ,*
Ξέρξης δ᾽ ἀπώλεσεν, τοτοῖ, ...
560 *νᾶες μὲν ἄγαγον, ποποῖ,*
νᾶες δ᾽ ἀπώλεσαν, τοτοῖ, ...

metrum est iambicum. *γὰρ* delevit Arnaldus, *ἄγαγεν* secundum antistropham pro *ἤγαγεν* correxit Blomfield. de interiectione in extremo versu posita supra dixi (p. 14). hic quoque anaphora versus ornat.

5. Suppl. 799 *γάμου κυρῆσαι.*
808 *γάμου λυτῆρα.*

antistropham emendavit Pauw: *καὶ λυτήρια* Med. haec repetitio prope in exitu strophae invenitur quae ex iambis constat.

6. Ag. 407 *διὰ πυλᾶν*
427 *διὰ χερῶν*

hic quoque numeri sunt iambici, idemque cadit in tres qui deinceps sequuntur locos in quibus singularum syllabarum voces duplicatae exstant quae priorem semper thesim occupant:

7. Sept. 767 *τέλειαι γὰρ παλαιφάτων*
771 *εἰν᾽ ἀνδρῶν γὰρ τοσόνδε*

primus hic strophae versus est.

8. Sept. 875 *φίλων ἄπειστοι καὶ*
881 *ἐρειψίτοιχοι καὶ*

9. Eum. 382 *δὲ καὶ τέλειοι*
390 *τε καὶ δέδοικεν*

per *χιασμὸν* respondent inter se hoc loco finitimarum vocum primae litterae (*τ* - *δ*).

10. Suppl. 59 *οἶκτον αἴων*
64 *οἶκτον ἠθέων*

versus est aeolicus quattuor complexus pedes; praeter parisosim consonas versuum clausulas animadvertas. *οἰκτρὸν*

quod in stropha inter οἶκτον et αἴων insertum est delevit Schwenk.

11. Pers. 569 λειφθέντες πρὸς ἀνάγκαν (ἠέ)
577 σκύλλονται πρὸς ἀναύδων (ἠέ)

versus est pherecrateus; concinunt etiam voces finitimae; praeterea interiectionem recurrere moneo.

In versu aeolico strophae prope exitum repetitiones occurrunt:

12. Sept. 894 — θανάτων ἀραί.
906 καὶ θανάτου τέλος.

In metro dochmiaco inveni:

13. Prom. 588 κλύεις φθέγμα τᾶς
608 θρόει φράζε τᾷ

de hoc loco supra dixi (p. 10); φράζετε in Med., genuinam lectionem recc. codd. exhibent.

14. Suppl. 887 ἄραχνος ὣς βάδην
890 ἔχιδνα δ' ὥς μέ τις

parisosi hoc loco maxime repetitio iuvatur.

In metro dactylico exstant conduplicationes hae:

15. Pers. 885 τε Σάμος Χίος ἠδὲ Πάρος
894 τε πόλεις Πάφον ἠδὲ Σόλους

ubi parisosim respicias, deinde:

16. Eum. 368 μάλ' ὑπ' αἰθέρι σεμναὶ
377 τόδ' ὑπ' ἄφρονι λύμᾳ

ubi insequentium quoque verborum consonantia rem reddit clariorem.

17. Pers. 959 Σούσας Πελάγων καὶ Δοτάμας
ἠδ' Ἀγαβάτας Ψάμμις Σουσισκάνης τ' . . . . .
970 Μέμφις Θάρυβις καὶ Μασίστρας
Ἀρτεμβάρης τ' ἠδ' Ὑσταίχμας;

Δοτάμας in Δατάμας emendavit Heimsoeth, Ἀγαβάτας in

Ἀγβάτας Weil. metrum anapaesticum esse antistropha ostendit. collatis antecedentis cantici vv.:

882 *ἐλαιόφυτός τε Σάμος Χίος ἠδὲ Πάρος*
891 *Κνίδον Κυπρίας τε πόλεις Πάφον ἠδὲ Σόλους*

ubi *τε* et *ἠδὲ* particulae recurrunt, hic quoque anadiplosim exspectabis. quam restituit Weil transpositis verbis *ἠδ' Ἀγβάτας* post *Σουσισκάνης τ'*, quod etiam propter verba quae sequuntur *Ἀγαβάτανα λιπών* fieri oportet; metricis de causis tum *Ψάμμις Σουσισκάνης* contraxit in *Ψαμμισκάνης*, quod mihi quidem nomen est ignotum, cum *Σουσισκάνης* legatur huius fabulae etiam in v. 34. potius *Σούσας* ut dittographia deleto *Ψάμμις* mihi videtur in lacunam substituendum esse, quod partim iam Heimsoethium proposuisse postea ex Weckleinii apparatu critico cognovi; hunc igitur in modum scribendum censeo:

959 *Ψάμμις Πελάγων καὶ Δατάμας,*
Σουσισκάνης τ' ἠδ' Ἀγβάτας
970 *Μέμφις Θάρυβις καὶ Μασίστρας,*
Ἀρτεμβάρης τ' ἠδ' Ὑσταίχμας·

tum etiam verborum exitus compluribus locis consonant.

Prae illis quos modo enumeravi leviores sunt quibus locis duplicantur singularum brevium syllabarum voces quae in iambis posteriorem semper metri arsim obtinent:

18. Prom. 133 *κτύπου γὰρ ἀχὼ*
149 *νέοι γὰρ οἰακονόμοι*

periodi prope in initio; deinde strophae primo in versu:

19. Ag. 764 *φιλεῖ δὲ τίκτειν*
774 *Δίκα δὲ λάμπει*
20. Cho. 624 *ἐπεὶ δ' ἐπεμνασάμαν*
632 *κακῶν δὲ πρεσβεύεται*
21. Cho. 625 *ἀκαίρως δὲ δυσφιλὲς*
631 *γοᾶται δὲ † δὴ ποθεῖ*

ubi verba quae sequuntur allitterant.

22. Cho. 408 *Ἀτρειδᾶν τὰ λοίπ' ἀμηχάνως*
420 *σαίνειν, τὰ δ' οὔτι —*

Metri quoque trochaici in arsi posteriore idem occurrit:

23. Sept. 351 ἁρπαγαὶ δὲ
363 δμωΐδες δὲ —

Dochmiacus est versus:

24. Ag. 1121 ἐπὶ δὲ καρδίαν
1132 ἀπὸ δὲ θεσφάτων

ubi strophae initio insignis verborum parisosis notanda est. —
25. Pers. 882 ἐλαιόφυτός τε Σάμος (Χίος ἠδὲ Πάρος)
891 Κνίδον Κυπρίας τε πόλεις (Πάφον ἠδὲ Σόλους)
in dactylis iam commemoravi (p. 17). —

26. Prom. 580 οἰστρηλάτῳ δὲ
600 σκιρτημάτων δὲ

versus est Alcaicus. impura antecedentium verborum in exitu consonantia quae per tres syllabas porrigitur praeter parisosim memorabilis est.

In compositis vocibus saepe accidit, ut altera verbi pars respondenti antistrophae loco repetatur, altera mutetur. cuius conduplicationis et ipsius exempla hoc loco congerenda sunt. in initiorum repetitione praepositiones inprimis recurrere solent; ut in his exemplis:

1. Prom. 160 ἐπιχαρῆ
179 ἐπιχαλᾷς

in exitu versus; etiam quae sequitur syllaba eadem est.

2. Sept. 420 ὑπὲρ φίλων
455 ὕπερ κόπῳ

in antistropha ὑπερκόμπῳ Med., correxit nescio quis; accedit verborum insequentium concentus impurus.

3. Sept. 916 προπέμπει
928 πρὸ πασᾶν

allitterat syllaba finitima.

4. Ag. 221 μετέγνω
231 μετ' εὐχάν

in versus exitu.

5. Cho. 29 ὑπ᾽ ἄλγεσιν
39 ὑπέγγυοι
6. ib. 456 ξυγγενοῦ
461 ξυμβαλεῖ

haec omnia in versibus iambicis exstant paremque ostendunt numerum syllabarum. quod secus fit in hoc exemplo:

7. Sept. 888 δι᾽ εὐωνύμων
900 διήκει δὲ

in dochmii initio, qui iambicae strophae versibus dochmiacis intermixtae exordium facit.

Trochaico in cantico exemplum invenitur:

8. Cho. 804 μήκετ᾽ ἐν δόμοις τέκοι
818 οὐδὲν ἐμφανέστερος

in periodi exitu; sequitur ephymnium.

In dactylis exstat:

9. Suppl. 41 ἐπικεκλομένα
48 ἐπιλεξαμένα

in versu primo cantici. quod in Mediceo legitur ἐπικεκλόμεναι correxit Turnebus ita ut etiam exeant in easdem litteras verba.

10. Suppl. 45 ἐπιπνοίας
52 ἐπιδείξω

Ionicus fortasse est agnoscendus versus hic:

11. Sept. 322 προϊάψαι
334 προπάροιθεν.

Aeolici sunt versus:

12. Cho. 470 δυςκατάπαυστον
475 ⟨τᾶν⟩ κατὰ γᾶς

τᾶν addiderunt Hermann et Newman de qua re postea. hac clausula Lesbia, glyconeo una syllaba in fine aucto extrema illius amoebaei stropha finitur.

13. Cho. 466 ἐγγενὴς
472 ἔμμοτον
14. Ag. 1448 ἐν τάχει
1468 ἐμπίτνεις

versus ternorum pedum utroque loco strophae initium faciunt. librorum in v. 1468 lectionem ἐμπίπτεις correxit Canter.

Reliqua in quibus compositae vocis pars prior aliter comparata efficitur exempla haec sunt:

15. Ag. 694 πολύανδροι
711 πολύθρηνον

in versibus ionicis uno hoc verbo metrum expletur, quod idem fit:

Suppl. 1020 πολιούχους
1029 πολύτεκνοι

at nihil nisi παρομοιώσεως κατ᾽ ἀρχὴν impurae exemplum est.

Jambico in cantico haec leguntur:

16. Cho. 425 πολυπάλακτα
447 πολυσινοῦς.
17. Pers. 269 βέλεα παμμιγῆ
275 μέλεα παμβαφῆ,
18. Suppl. 418 πανδίκως
423 πανθέων,

ubi cretici per totam prorsus stropham regnant. sed per coniecturas — librorum enim lectiones sunt πολυβαφῆ et πολυθέων — illic a Kaysero, hic ab Heimsoethio ut cum strophae vocibus antistropha concinat effectum est; quas recipere non dubitavi. neque enim consonantiae solum causa in Supplicibus hac emendatione opus est: si ad multorum deorum aras Danaides sedent, vox πολυθέων tum demum recte se haberet, si neque mentio ante horum deorum facta esset neque omnino artius illi di inter se conexi essent; at invocati appellatique sunt a choro (209 sqq.) et continentur consociatione illi certo aetati bene nota; id autem vel maxime est praedicandum in omnium coniunctorum horum deorum numen delinquere quibus πάντων ἀνάκτων τῶνδε κοινοβωμίας ex praesidio supplices eripere in animo est. hoc ergo loco si emendatio πανθέων certa est, idem ἀνὰ λόγον valet in locum Persarum,

quo praeter initia etiam exitus et huius et antecedentis vocabuli consonant, et transmutatione litterarum *β* et *μ*, quae hic verborum *μέλεα-βαφῇ*, illic *βέλεα-μιγῇ* primae sunt efficitur ut aliquatenus eandem formam agnoscamus quae nobis audit »Schüttelreim«. ceterum *μέλεα* rec. codice servatum est: *σώματα* Med. — in Suppl. alia fortasse versuum distinctio propter concentum constituenda est:

418 *πανδίκως εὐσεβὴς πρόξενος·*
τὰν φυγάδα μὴ προδῷς
423 *πανθέων ῥυσιασθεῖσαν ὦ*
πᾶν κράτος ἔχων χθονός.

sic et exitus consonant et initia.

In trochaeis qui dactylos secuti strophae exitum faciunt repetitae syllabae e vocabulo composito prioris exemplum est:

19. Eum. 389 *καὶ δυσομμάτοις*
396 *καὶ δυσάλιον,*

denique sine parisosi in dochmiis:

20. Ag. 1140 *θεοφόρητος*
1150 *θεοφόρους τ' ἔχεις*

ubi posterioris quoque partis radix eadem est.

Restat ut enumerem quibus locis compositi verbi pars posterior in antistropha eadem inveniatur mutata priore:

21. Suppl. 749 *δουλόφρονες*
757 *περίφρονες*

dochmiacae strophae initio; et:

22. Pers. 939 *πολύδακρυν ἰαχάν*
948 *ἀρίδακρυν ἰαχάν*

in anapaestis, de quo loco iam egi (p. 11).

Quae adhuc attuli exempla omnia eodem strophae atque antistrophae loco eadem verba exhibebant. saepe autem accidit, ut non suo loco, sed breviore vel longiore spatio intermisso vox repetatur; de qua re pluribus infra

mihi erit dicendum, statim autem adiciam exempla in quibus compositarum vocum partes repetitae loco motae sunt; plerumque unius modo brevis syllabae intervallum interest ut in his versibus dactylicis:

23. Suppl. 543 διαμειβομένα
552 ⏑ διορνυμένα

ubi etiam exeunt in easdem syllabas verba;

24. Eum. 530 ἐφορεύει
542 ⏑ ἐπέσται.

In dimetro iambico qui dochmios secutus strophae exitum facit legitur:

25. Sept. 157 ἐπάγει θεός;
165 ⏑ ἐπιρρύου

Aeolici vel potius dochmiaci sunt versus collatis insequentis exempli numeris quod ex eadem periodo sumptum est:

26. Suppl. 680 ⏑ ἐπελθέτω
690 ἐπικραινέτω

ubi eosdem verborum exitus animadvertas; et:

27. Suppl. 681 δακρυογόνον ⏑ —
691 πολύγονα ⏑ ⏑ —

quo uno loco compositi vocabuli pars posterior recurrit.

Bacchei seu potius metri iambici intervallum intercedit:

28. Cho. 347 δορίτμητος κατηναρίσθης
365 ⏑ — — δορικμῆτι λαῷ

ubi Blomfield ut numeros restitueret aequabiles scripsit δουρικμῆτι producta prima syllaba.

E re esse videtur in unum conferre eos quoque locos, qui varias eiusdem vocis aut eiusdem radicis formas repetitas monstrant. atque eiusdem substantivi alius in stropha, alius in antistropha invenitur casus:

1. Suppl. 703 δίκας ~ 709 Δίκας

ubi in initio ultimi versus strophae iambicae accusativus pluralis et genetivus singularis inter se respondent. —

2. Eum. 515 *δόμος Δίκας*
524 *σέβοι δίκαν*

in trochaeis. deinde in versibus aeolicis:

3. Pers. 953 *ἀκτάν* ∾ 965 *ἀκτᾶς*:

4. Sept. 894 *θανάτων ἀραί*
906 *θανάτου τέλος*,

utroque loco prope finem strophae; quod idem agnoscimus in versu ex dochmio et iambis composito:

5. Prom. 588 *τᾶς βούκερω παρθένου*;
608 *τᾷ δυσπλάνῳ παρθένῳ*.

Ex coniectura, de qua supra (p. 13) dixi, trochaicae strophae in periodi exitu eadem verba exstant:

6. Cho. 802 *θεοί* ∾ 814 *θεῶν*.

Choriambi strophae initium faciunt:

7. Pers. 647 *ἦ φίλος ἀνήρ*
652 *οὔτι γὰρ ἄνδρας*.

In metro ionico exstat:

8. Suppl. 1020 *χεῦμ' Ἐρασίνου*
1029 *χεύμασι γαίας*,

et trimetri iambici quo stropha incipit post semiquinariam:

9. Cho. 324 *τέκνον, φρόνημα τοῦ θανόντος*
355 *φίλος φίλοισι τοῖς ἐκεῖ . . . . .*

Eiusdem verbi alia forma conduplicatur in metro iambico:

10. Pers. 550 *Ξέρξης μὲν ἄγαγεν, ποποῖ,*
Ξέρξης δ' ἀπώλεσεν, τοτοῖ, ...
560 *νᾶες μὲν ἄγαγον, ποποῖ,*
νᾶες δ' ἀπώλεσαν, τοτοῖ, ...

11. Cho. 46 *φοβοῦμαι* ∾ 57 *φοβεῖται*,

atque in dochmio sine parisosi:

12. Suppl. 736 *περίφοβόν μ' ἔχει*
743 *δοριπαγεῖς δ' ἔχοντες*.

Eiusdem radicis diversa vocabula respondentibus locis repetuntur trimetri iambici in exitu:

13. Suppl. 580 λόγῳ ∾ 588 λέγων,

periodi dactylicae in fine:

14. Cho. 381 βέλος ∾ 395 βάλοι,

in dochmiis:

15. Ag. 1156 ὀλέθριοι ∾ 1167 ὀλομένας

16. ib. 1140 θεοφόρητος ∾ 1150 θεοφόρους.

Quibus addendum est:

17. Ag. 698 αἱματόεσσαν
716 αἷμ' ἀνατλᾶσα

in versu pherecrateo qui antecedentes ionicos simulque stropham ipsam claudit; et cantici initio:

18. Cho. 315 ὦ πάτερ, αἰνόπατερ
332 — ◡◡ ὦ πάτερ —

in versu aeolico ex quattuor pedibus composito, ubi vox πάτερ in antistropha simul una mora e loco promota strophae vocem αἰνόπατερ et dactyli intervallo intermisso vocativum ὦ πάτερ revocat.

Denique quod iam antea dixi recensere oportet ea exempla, quae strophae vocem non suo loco, sed intermisso aliquo intervallo repetitam exhibent, primumque ea in quibus intra complexum eiusdem versus vel metri conduplicatio invenitur; quod maxime accidit in versibus aeolicis, ut:

1. Cho. 345 εἰ γὰρ ὑπ' Ἰλίῳ
364 μηδ' ὑπὸ Τρωΐας

in tripodia, et:

2. Cho. 315 ὦ πάτερ, αἰνόπατερ
332 κλῦθί νυν, ὦ πάτερ

de quo loco paulo ante egi, in tetrapodia aeolica, in primo versu strophae.

3. Suppl. 86 — *Διὸς ἵμερος οὐκ*
91 — *κορυφᾷ Διὸς εἰ*

in trimetro dactylico, ubi Schmidtii verborum transpositione *Διὸς εἰ κορυφᾷ* collatis ceteris exemplis non videtur opus esse, praesertim cum postpositum *κορυφᾷ* vi careat antecedente Iovis nomine. qui aliter censuerit, ante Pers. 885/94 (p. 17) hoc exemplum inseret.

In pentapodia aeolica, quae stropham terminat, exstat:

4. Suppl. 48 *εὐλόγως . . . . .*
56 *γνώσεται δὲ λόγους*

et in glyconeo:

5. Suppl. 578 *παύεται*
586 *τίς γὰρ ἂν κατέπαυσεν.*

Parodi prioris strophae quae versibus aeolicis condita est primo in versu invenitur:

6. Prom. 128 *μηδὲν φοβηθῇς·*
143 *λεύσσω Προμηθεῦ· φοβερὰ*

ubi respondentium verborum *φοβηθῇς* ∼ *Προμηθεῦ* praeterea *παρομοίωσις* notanda est.

Intra respondentis dochmii complexum mutato loco vox conduplicatur:

7. Suppl. 680 *δακρυογόνον*
691 *πολύγονα*

quem locum iam commemoravi (p. 23); et:

8. Ag. 1157 — *πάτριον* ⏑ —
1168 — *θυσίαι πατρός,*

denique in anaclomeno:

9. Pers. 973 *ἰὼ ἰώ μοι*
987 *ἴυγγά μοι δῆτ᾽.*

In metro iambico ex thesi in arsim antecedentem verbum processit:

10. Pers. 552 ⏑ *πάντ᾽ ἐπέσπε*
562 *πανωλέθροισιν*

cuius contrarium fit in exitu strophae:

11. Sept. 877 — σὺν αἰχμᾷ.
883 σὺν σιδάρῳ.

Eiusdem metri partem in stropha priorem, in antistropha posteriorem eadem vox obtinet:

12. Cho. 22 δόμων ἔβαν
32 τορὸς γὰρ [Φοῖβος] ὀρθόθριξ δόμων,

Blassii recepta emendatione qui Φοῖβος delevit; ceterum transponendum esse ἐξέβαν δόμων idem vir doctus probabiliter suspicatur.

Simile legimus in trochaeis:

13. Sept 330 — ⏑ — ⏑ — πόλις
342 χραίνεται πόλισμ᾽ ἅπαν,

metri autem intervallo intermisso in trochaeis:

14. Ag. 983 φρενὸς φίλον θρόνον
996 πρὸς ἐνδίκοις φρεσὶν,

et in iambis quem locum iam attuli (p. 23):

15. Cho. 347 δοριτμήτος κατηναρίσθης
365 ⏑ — — δορικμῆτι λαῷ

ubi Blomfield δουρικμῆτι correxit.

Non minus ad iambicum metrum pertinet hoc exemplum:

16. Ag. 407 βέβακεν ῥίμφα διὰ πυλᾶν
424 παραλλάξασα διὰ χερῶν βέβακεν

intra eiusdem periodi complexum, cum respondenti antistrophae loco simile aliquod verbum (παραλλάξασα) positum sit.

Trimetri iambici priorem illic, alteram post semiquinariam hic partem incipit par verbum:

17. Suppl. 580 ⏑ — ⏑ — ⏑ ⸾ Δῖον
588 Διὸς τάδ᾽ ἔργα ⸾ . . .

idemque fit in dochmiorum finitimorum initiis, quorum prior est *ἀνακλάσει* fractus:

18. Pers. 975 *στυγνὰς Ἀθάνας* |
990 ◡ — ◡ — — | *στυγνὰ πρόκακα.*

In stropha metri dochmiaci finem, in antistropha iambici insequentis initium facit eadem vox:

19. Eum. 156 ◡ — — *δίκαν* |
163 ◡ — — ◡ — | *δίκας πλέον*

Periodi ultimum verbum in antistropha insequentis periodi primum locum obtinet in iambis:

20. Cho. 628 *σέβας* | *τίων*
638 | *σέβει,*

et in versibus ionicis:

21. Pers. 696 *ἀντία λέξαι* |
701 *ἀντία φάσθαι* | *λέξας,*

quibus locis synonyma praeterea vocabula (*τίων*, *φάσθαι*) strophae vocibus respondent.

Contrarium in trochaeis legitur:

22. Ag. 981 . . . . . | *θάρσος*
993 *θράσος.* | . . . . .

Non eiusdem, at finitimi versus initio vox eadem repetitur in antistropha:

23. Suppl. 41 *νῦν δ' ἐπικεκλομένα*
48 *ὅντ' ἐπιλεξαμένα*
νῦν ἐν ποιονόμοις

in dactylis stropham incipientibus;

24. ib. 632 *Διογενεῖς κλύοιτε*
645 *ψῆφον ἔθεντ' ἀτιμώσαντες ἔριν γυναικῶν,*
Δῖον ἐπιδόμενοι

in versibus aeolicis qui dochmiacis excipiuntur;

25. Cho. 381 *ἵκεθ' ἅπερ τι βέλος.*
Ζεῦ Ζεῦ . . . . .
395 *Ζεὺς ἐπὶ χεῖρα βάλοι;*
φεῦ φεῦ

ubi consonantiam praeterea verborum respondentium, quae anadiplosis figurae in stropha et antistropha exemplum ostendunt, animadvertas, in dactylis quos iambi sequuntur; et in trochaeis:

26. Eum. 999 παρθένου φίλας φίλοι, σωφρονοῦντες ἐν χρόνῳ.
Παλλάδος δ' ὑπὸ πτεροῖς . . . . .
1017 Παλλάδος πόλιν νέμοντες . . . . .

Minervae illud cognomen respondenti strophae loco παρθένου nomini non minus in eadem dea usitato aequatur.

Ut in primordio, sic in exitu quoque proximi versus antistrophae recurrit vox, cuius rei exempla sunt in versibus aeolicis:

27. Sept. 299 ἰάπτουσι πολίταις
316 ἐμβαλόντες ἄροισθε
κῦδος τοῖσδε πολίταις

Roberti assensus sententiae Medicei in stropha retineo lectionem contra Buecheleri coniecturam πολῖται. de hostibus agitur utroque loco: τοὶ μὲν (v. 295) acie instructa accedunt ad moenia; τοὶ δὲ (v. 298) praecurrentes saxa mittunt in defensores. ante oculos poetae obversabantur Τειχομαχίας versus (Il. *M* 160. 177. imprimis 445 sqq.), ubi Troiani oppugnantes Graecos e vallo deicere conantur.

28. Suppl. 662 πτώμασιν αἱματίσαι πέδον γᾶς.
673 ὃς πολιῷ νόμῳ αἶσαν ὀρθοῖ.
τίκτεσθαι δὲ φόρους γᾶς.

in stropha librarii errorem correxit Porson: τᾶς in Med.

Similiter evenit in trochaeis:

29. Cho. 825 . . . . ἐμὸν ἐμὸν
κέρδος αὔξεται τόδ' · ἄ-
τα δ' ἀποστατεῖ φίλων.
836 . . . . φόνιον ἄ-
ταν τιθείς, τὸν αἴτιον δ'
ἐξαπολλὺς μόρῳ.

praeterea meshymnium inter has strophas positum eadem vox perducit ad finem:

830. περαίνων ἐπίμομφον ἄταν.

Quae in stropha exitum obtinet vox recurrit in incipiente eadem antistrophae periodo:

30. Sept. 301 παντὶ τρόπῳ, Διογενεῖς
[θεοί,] πόλιν καὶ στρατὸν
Καδμογενῆ ῥύεσθε.
318 καὶ πόλεως ῥύτορες εὔ-
εδροί τε στάθητ᾽
ὀξυγόοις λιταῖσιν.

31. Ag. 981 δυσκρίτων ὀνειράτων |
θάρσος εὐπειθὲς ἵζει φρενὸς φίλον θρόνον. |
993 ἐλπίδος φίλον θράσος. |

repetita vox *φίλον* in antistropha antecedentis periodi exitum occupavit. etiam *θάρσος* mutato loco recurrere in trochaeis supra notavi (p. 28).

Quae adhuc contuli exempla strophae vocem aliquam in antistropha repetitam exhibebant; at alio quoque modo hi verborum recursus fieri possunt, cum voci quolibet strophae loco bis positae eodem antistrophae loco alius vocabuli iteratio respondeat ita ut sit ipsius congruentiae quaedam congruentia. qua in re examinanda eos locos, quibus versus vicini a diversis chori partibus recitati inter se concinunt, praetermittam plerumque.

Ἀναφορᾶς exemplum exstat ionicae strophae initio:

1. Pers. 694 σέβομαι μὲν προσιδέσθαι,
σέβομαι δ᾽ ἀντία λέξαι . . . . .
700 δίεμαι μὲν χαρίσασθαι,
δίεμαι δ᾽ ἀντία φάσθαι

de quo loco iam egi (p. 15); et iambicae strophae in primordio:

2. Ag. 1156 ἰὼ γάμοι γάμοι Πάριδος ὀλέθριοι φίλων.
ἰὼ Σκαμάνδρου πάτριον ποτόν· . . . . .
1167 ἰὼ πόνοι πόνοι πόλεος ὀλομένας τὸ πᾶν.
ἰὼ πρόπυργοι θυσίαι πατρός

interiectionis anaphoram, quae hoc loco isdem in stropha atque antistropha verbis efficitur, statim sequitur primo in versu ut strophae vocis γάμοι sic antistrophae vocis πόνοι anadiplosis. Ceterum de hoc loco iam dixi (p. 4).

Anadiplosim strophae et antistrophae initio invenimus:

3. Prom. 887 ἦ σοφὸς ἦ σοφὸς
894 μήποτε μήποτε

in versu dactylico; et:

4. Pers. 1038 δίαινε δίαινε
1046 ἔρεσσ' ἔρεσσε

in iambis, ubi alterum δίαινε bisyllabum pronuntiandum esse docuit Wilamowitz.

Interiectionum quoque quae ab insequentibus verbis secretae ipsae metrum explent anadiplosis strophae initium facit:

5. Suppl. 866 αἰαῖ αἰαῖ
877 οἰοῖ οἰοῖ,

et duplicata:

6. Ag. 1114 ἒ ἔ, παπαῖ παπαῖ
1125 ἆ ἆ, ἰδοὺ ἰδού.

Qui sequuntur loci figurae initium ab ineunte colo sumptum exhibent. anaphorae egregium est exemplum in metro iambico:

7. Pers. 550 Ξέρξης μὲν ἄγαγεν, ποποῖ,
Ξέρξης δ' ἀπώλεσεν, τοτοῖ,
Ξέρξης δὲ πάντ' ἐπέσπε δυσφρόνως . . . . .
560 νᾶες μὲν ἄγαγον, ποποῖ,
νᾶες δ' ἀπώλεσαν, τοτοῖ,
νᾶες πανωλέθροισιν ἐμβολαῖς

ubi metrum in ultimo versu trimetro suppressis brevibus retardatum eleganter figurae vim auget; deinde:

8. Cho. 431 ἄνευ πολιτᾶν ἄνακτ᾽,
ἄνευ δὲ πενθημάτων . . . . .
453 τὰ μὲν γὰρ οὕτως ἔχει,
τὰ δ᾽ αὐτὸς ὀργᾷ μαθεῖν,

ubi in antistropha minoris ambitus vox repetitur; atque:

9. Ag. 410 ἰὼ ἰὼ δῶμα δῶμα καὶ πρόμοι,
ἰὼ λέχος καὶ στίβοι φιλάνορες. . . . . .
427 τὰ μὲν κατ᾽ οἴκους ἐφ᾽ ἑστίας ἄχη
τάδ᾽ ἐστὶ καὶ τῶνδ᾽ ὑπερβατώτερα,

ubi in stropha anaphorae interiectionis eiusdem interiectionis et praeterea substantivi quod sequitur anadiplosis adiungitur, in antistropha pronomen demonstrativum ἀναφορικῶς ponitur.

10. Sept. 891 αἰαῖ δαιμόνιοι
αἰαῖ δ᾽ ἀντιφόνων . . . . .
904 δι᾽ ὧν αἰνομόροις
δι᾽ ὧν νεῖκος ἔβα

versus sunt aeolici, sed dochmiorum videntur locum obtinere.

Deinde in pentapodia aeolica quae strophae exitum facit legimus:

11. Pers. 976 ἒ ἒ ἒ τλάμονες ἀσπαίρουσι χέρσῳ
991 βοᾷ βοᾷ μελέων ἔντοσθεν ἦτορ,

quo loco ἐὴ ἐή, suppleto in antistropha ante μελέων ⟨μοι⟩ proposuit Dindorf; atque in tripodia:

12. Ag. 1484 φεῦ φεῦ,
1507 πῶ πῶ;

In iambico metro eadem figura occurrit:

13. Pers. 985 ἔλιπες ἔλιπες
1000 ἔταφον ἔταφον

14. Cho. 382 Ζεῦ Ζεῦ
396 φεῦ φεῦ

ubi exitus praeterea respondentium verborum consonant.

15. Pers. 1004 ἰὴ ἰή, ἰὼ ἰώ.
1010 νέαι νέαι δύαι δύαι.
16. Pers. 1019 ὁρῶ ὁρῶ.
1031 παπαῖ παπαῖ.
17. Suppl. 113 ἰὴ ἰή, ἰηλέμοισιν ἐμπρεπῆ
125 ἰὼ ἰώ, ἰὼ δυσάγκριτοι πόνοι.

his omnibus locis strophae interiectiones repetitae alius verbi iterationi in antistropha respondent. —

Porro iambici sunt numeri:

18. Cho. 939 διπλοῦς λέων, διπλοῦς Ἄρης
949 Διὸς κόρα, Δίκαν δέ νιν

strophae vocem repetitam in antistropha respondentium verborum παρομοίωσις κατ᾽ ἀρχὴν reddit.

19. Eum. 159 ὑπὸ φρένας ὑπὸ λοβόν
165 περὶ πόδα περὶ κάρα

quem locum iam respexi (p. 5).

Etiam κύκλον, quem vocant rhetores Graeci, quo eiusdem periodi et initium et exitus fit eodem verbo repetito, egregium est exemplum in versibus ionicis:

20. Pers. 649 Ἀιδωνεὺς δ᾽ ἀναπομπὸς ἀνείης, Ἀιδωνεύς
654 θεομήστωρ δ᾽ ἐκικλήσκετο Πέρσαις, θεομήστωρ.

Absoluto priore quo de verborum repetitione agere mihi propositum erat capite nunc *παρομοίωσιν* adeamus; quo nomine sonorum congruentiam inter se respondentium significasse rhetores antiquos notum est. hic quoque cum respicere oporteat quibus locis positi concentus inveniantur, primum intendere animum necessarium est, utrum respondentium vocabulorum in initio an in exitu consonae partes exstent an utrumque locum obtineant, quam *καθ' ὅλον παρομοίωσιν* appellabimus, an mediis in verbis inveniantur. ceterum non omnibus locis concentus efficitur paribus atque isdem litteris, sed impura quoque agnoscenda est *παρομοίωσις* ut consonae tenuis et aspiratae (*τ-θ*, *π-φ*); in vocalibus plerumque-*α-αι-ᾳ* et *ω-ῳ-ων-ον-οι* consonant. saepissime accedit *παρίσωσις*, maxime in *παρομοιώσεως καθ' ὅλον* exemplis quam primo loco tractabimus.

Non strophae at periodi in initio occurrit exemplum hoc:

1. Cho. 935 *ἔμολε* (*δ' ἐς δόμον*)
946 *ἔθιγε* (*δ' ἐν μάχᾳ*)

in dochmiis quod antecedentis periodi excipit *συμπλοκήν* (*ἔμολε . . . . . Ποινά*); deinde in trochaeis:

2. Ag. 683 *μή τις* ∾ 701 *μῆνις*

Incipientem versum ornat haec figura glyconeum:

3. Sept. 323 *δουλίαν* ∾ 335 *δωμάτων*

atque in ionicis a minore:

4. Sept. 723 *πατρὸς* ∾ 730 *πικρὸς*.

Strophae in exitu invenitur *παρομοίωσις* in versu Alcaico:

5. Cho. 384 *τελεῖται* ∾ 399 *τε τιμαί.*

in antistropha lectionem Medicei *τετιμαι* (superscr. *έν*) emendavit Ahrens.

Impurus exstat concentus in ionicis:

6. Pers. 107 *τ' ἀναστάσεις* ∾ 113 *τε μαχαναῖς.*

ubi correcto cum Blomfieldio Medicei *μηχαναῖς* omnes fere vocales consonant.

Periodi exitum obtinet figura:

7. Suppl. 70 *παρειάν* ∾ 79 *παρ' αἶσαν*

qui locus nondum videtur expeditus; Hartungii in antistropha coniecturam *περ' αἶσαν* falsam esse nostra ratione demonstratur.

Terminat primum strophae versum *παρομοίωσις* in dactylis:

8. Suppl. 41 *ἐπικεκλομένα* ∾ 48 *ἐπιλεξαμένα*

quem locum iam supra commemoravi (p. 20);

9. Sept. 321 *ὠγυγίαν* ∾ 333 *ὠμοδρόπων,*

deinde impura in iambis:

10. Ag. 437 *σωμάτων* ∾ 456 *σὺν κότῳ*

atque in tripodia aeolica:

11. Ag. 1448 *ἐν τάχει* ∾ 1468 *ἐμπίτνεις.*

mss. lectionem *ἐμπίπτεις* correxit Canter.

Porro exstat concentus in exitu versus iambici:

12. Pers. 269 *βέλεα παμμιγῆ*
275 *μέλεα παμβαφῆ*

qui locus iam tractatus est una cum Suppl. 418/23 (p. 21);

13. Cho. 435 *τείσει* ∾ 440 *θάπτει*

antistrophae in verbis *ἔπρασσε δ' ἅπερ νιν ὧδε θάπτει* idem esse *ἅπερ* atque *ἥπερ* vidit Dittenberger; falsa igitur est Porti mutatio *ᾇπερ* quamquam ab omnibus editoribus recepta.

14. Cho. 642 *πατούμενον* ∾ 650 *παλαιτέρων*

διαὶ strophae in v. 641 ut numeros ad iustam rationem redigeret delevit Robert (Herm. XXXVIII, 629).

15. Sept. 420 **ὑπὲρ φίλων** ∾ 455 **ὑπερκόπῳ**

16. Ag. 223 **παρακοπὴ πρωτοπήμων**
233 **περιπετῆ παντὶ θυμῷ**

quod in libris legitur *παρακοπὰ* correxi collata antistropha. In versibus pherecrateis occurrit:

17. Pers. 556 **πολιήταις** ∾ 566 **πεδιήρεις**

in stropha Victorii sequor emendationem propter metrum necessariam qua efficitur, ut media quoque verba consonent; *πολήταις* exhibet Med., at superscripto *η* ut putat Kirchhoff in locum litterarum *ια* erasarum.

18. Pers. 569 (*λειφθέντες πρὸς*) **ἀνάγκαν**
577 (*σκύλλονται πρὸς*) **ἀναύδων**

itaque Blomfieldii in stropha coniectura (*ἀνάγκας*) reiecta etiam **λειφθέντες** Medicei videtur retinendum esse contra recc. codd. scripturam *ληφθέντες*: illi qui principes in pugna fortissimi viri ceciderunt (*πρωτομόρους* sic explico cum scholiis) postquam propter necessitatem relicti sunt circa Salaminis litora, in omne tempus nobis amissi sunt ut ne suprema quidem iis solvere possimus; nam feruntur per aequora piscibus lacerati.

Reliqua medio in versu inveniuntur exempla; ita versus strophae ultimus impurum exhibet concentum in pherecrateo hic:

19. Suppl. 687 *ἔστω* **πάσᾳ** *νεολαίᾳ.*
697 *φερέσθω* **φάμα** *φιλοφόρμιγξ.*

ubi antecedentium quoque verborum exitus eosdem esse animadvertas. *φάμα* correxit Dindorf, *φῆμα* Med.

Strophae primo in versu exstat concentus in iambis:

20. Cho. 42 **ἀχάριτον ἀπότροπον**
55 **ἀδάματον ἀπόλεμον**

Medicei lectionem *ἄχαριν* et *ἀδάμαντον* emendarunt Elmsley et Hermann. illic exitus (-*τον*), hic initium (*ἀπο*-) in-

signius est concentu; in verbo priore etiam secundae syllabae vocales consonant.

21. Ag. 1156 (ἰὼ γάμοι γάμοι) **Πάριδος**
1167 (ἰὼ πόνοι πόνοι) **πόλεος**

quem locum antea commemoravi (p. 4).

In versibus aeolicis occurrit:

22. Prom. 128 **φιλία** ∾ 143 **φοβερὰ**

atque in dactylis:

23. Eum. 368 (ὑπ') **αἰθέρι** ∾ 377 (ὑπ') **ἄφρονι.**

In medio denique aliquo strophae versu inveniuntur exempla haec:

24. Cho. 29 **ἔφλαδον** (ὑπ' ἄλγεσιν)
39 **ἔλακον** (ὑπέγγυοι)

antistropham emendavit Turnebus: ἔλαχον Med.

25. Cho. 46 **φοβοῦμαι δ' ἔπος τόδ'** ἐκβαλεῖν
57 **φοβεῖται δέ τις· τὸ δ'** εὐτυχεῖν

tria hoc loco coniuncta exstant exempla quorum primum antea commemoravi (p. 10); ἐκβάλλειν quod in Med. legitur correxit Jacob.

26. Sept. 851 **τί δ' ἄλλο γ' ἢ** (πόνοι)
859 **τὰν ἀστιβῆ** ('πόλλωνι)

27. Ag. 741 **ἄγαλμα** ∾ 754 **ἄπαιδα.**

Aliam quoque congruentiam invenimus minus accuratam, cum imparem syllabarum numerum verba respondentia exhibent et sic consonae vocum partes paullulum loco motae exstant; quod fit strophae in initio in dactylis:

28 Ag. 104 **κύριός** εἰμι
123 **κεδνὸς** δὲ

atque periodi in exitu:

29. Eum. 530 (ἄλλᾳ δ') **ἐφορεύει.**
542 (ποινὰ γὰρ) **ἐπέσται.**

Versus in initio exstat:

30. Ag. 117 **παμπρέπτοις** ἐν ἕδραισιν
136 **πτανοῖσιν** κυσὶ πατρὸς

31. Suppl. 543 *πολλὰ βροτῶν διαμειβομένα*
552 *Παμφύλων τε διορνυμένα*
duo hoc loco coniuncta exstant exempla; nam in priore propter contractas in antistropha arsis syllabas breves parisosis desideratur; quod expeditur Meinekii coniectura *πολλ᾽ ἀνδρῶν*; at hac mutatione non videtur opus esse, cum tales apud Aeschylum licentias saepius reperiamus; satis habeo afferre:

Pers. 1008 *διαπρέπον* ~ 1013 *δυσπόλεμον*
quo loco Dindorfii *ζαπρέπον* eo refutatur quod delet concentum; atque

Suppl. 559 *λειμῶνα χιονόβοσκον ὅντ᾽ ἐπέρχεται*
568 *βοτὸν ἐσορῶντες δυσχερὲς μιξόμβροτον*
ubi Weilii transpositionem *μιξόμβροτον ἐσορῶντι δυσχερὲς βοτὸν* reiciendam atque traditum ordinem rectum esse extremorum verborum parisosi eo certius mihi probatur, quod aliae praeter metricam offensionem causae mutandi desunt.

In dochmio denique exstat:

32. Suppl. 680 *ἐπελθέτω* ~ 690 *ἐπικραινέτω.*

Haec igitur sunt *παρομοιώσεως καθ᾽ ὅλον* exempla; nunc ad eam accedamus quae respondentium verborum initia exornat; atque primum ut par est afferam eos locos in quibus haec *παρομοίωσις κατ᾽ ἀρχὴν* per complures syllabas extenditur. cum compositarum vocum partes priores plerumque concentum efficerent, iam antea (p. 19 sqq.) habui cur hanc exemplorum seriem commemorarem; qua de causa paucis haec exempla attingere satis videtur.

Ternas complectitur syllabas concentus periodi iambicae in exitu Prom. 160 ~ 179 (p. 19), atque in dochmiis Ag. 1140 ~ 1150 (p. 22).

Per binas syllabas concentus porrigitur in exitu ultimi strophae versus pherecratei Ag. 698 ~ 716 (p. 25); idem fit dactylicae periodi in exitu Suppl. 45 ~ 52 (p. 20);

deinde versus incipit ab hac figura in ionicis Ag. 694 ∾ 711, Suppl. 1020 ∾ 1029 (p. 21); atque medio in trimetro iambico Cho. 425 ∾ 447 (p. 21); denique quod nondum attuli exemplum commemorandum est impurae consonantiae in versus dactylici initio:

Ag. 114 *οἰωνῶν* ∾ 131 *οἶον μή*.

Quae verba respondentia prima tantum syllaba consonant, et ipsa partim iam enumeravi, si composita praepositionem in initio ostendunt (cf. p. 19 sqq.). stropha incipit ab hac figura Sept. 888 ∾ 900 (p. 20); coli in exitu occurrit *παρομοίωσις* in arsi priore ultimi metri iambici posita Cho. 29 ∾ 39 (p. 20); Ag. 221 ∾ 231 (p. 19); deinde

Ag. 241 *προσεννέπειν* ∾ 251 *προχαιρέτω*,

atque in tripodia aeolica Cho. 466 ∾ 472 (p. 20). medio denique in versu iambico exstant exempla Cho. 456 ∾ 461 (p. 20); Sept. 916 ∾ 928 (p. 19); atque in trochaeis Cho. 804 ∾ 818 (p. 20). in exitu dimetri iambici, qui terminat stropham, posita consona vox paullulum loco suo mota est Sept. 157 ∾ 165 (p. 23).

Iam reliquos in quibus primae respondentium vocum syllabae concentus invenitur ascribo locos. strophae initium exornat haec figura in dochmiis:

1. Cho. 952 *τάπερ* ∾ 965 *τάχα*

deinde parisosi carens in trochaeis:

2. Eum. 916 *δέξομαι* ∾ 938 *δενδροπήμων*

atque in iambis:

3. Ag. 739 *πάραυτα* ∾ 750 *παλαίφατος*
4. Suppl. 95 *ἰάπτει* ∾ 103 *ἰδέσθω*

Porro in dochmiis legitur:

5. Pers. 983 *ἰὼ ἰώ μοι*
987 *ἴυγγά μοι δῆτ'*
6. Eum. 143 *ἰοὺ ἰού, πύπαξ. ἐπάθομεν*
150 *ἰὼ παῖ Διός, ἐπίκλοπος*

ubi insequens quoque metrum eandem ostendit figuram.

Denique in ionicis prima tantum littera consonat hoc loco:

7. Pers. 65 *πεπέρακεν* ∾ 73 *πολυάνδρου*

Idem periodi in initio legitur:

8. Pers. 554 *τίπτε* ∾ 564 *τυτθὰ*

Versuum initia *παρομοίωσις* exornat in creticis hoc loco:

9. Suppl. 418 ***πανδίκως*** ∾ 423 ***πανθέων***

quem pluribus tractavi (p. 21); deinde in trochaeis:

10. Eum. 999 ***παρθένου*** ∾ 1016 ***Παλλάδος*** (cf. p. 29),

atque in dimetro iambico qui dochmios excipit:

11. Cho. 939 ***διπλοῦς*** *λέων*, ***διπλοῦς*** *Ἄρης*
949 ***Διὸς*** *κόρα*, ***Δίκαν*** *δέ νιν*

ubi in stropha etiam *ἀναδίπλωσις* vocabuli *διπλοῦς* notanda est.

In versu qui fortasse cum dochmiis coniungendus est legitur hoc exemplum:

12. Sept. 935 ***διανομαῖς*** *ἀφίλοις*
948 ***διο[σ]δότων*** *ἀχέων*

antistropham deleto *σ* emendavit Bothe, strophae verba tradita *διατομαῖς οὐ φίλαις* Weil et Voss; quorum lectionem sequor non assensus Wilamowitzio cuius coniectura *νομαῖσιν* tollitur consonantia.

Prima littera vocali verba respondentia concinunt in iambis:

13. Suppl. 113 (*ἰὴ ἰή*,) ***ἰηλέμοισιν***
125 (*ἰὼ ἰώ*,) ***ἰὼ*** . . . .

ubi antecedentium interiectionum anadiplosis auget figuram; atque in versu glyconeo:

14. Pers. 634 ***ἱέντος*** ∾ 642 ***ἰόντ᾽***

quo loco *παρομοίωσις κατὰ μέσον* clariorem reddit figuram.

Denique consonantes tantum primae sunt aequales in iambis:

15. Sept. 836 *Θυιάς* ∾ 843 *θέσφατ᾽*

atque aeolici versus in initio:

16. Prom. 546 *τίς ἐφαμερίων*
555 *τὸ διαμφίδιον*

ubi insequentium verborum accedit *παρομοίωσις κατὰ μέσον καὶ τέλος*.

In monometro iambico qui dochmium excipit hoc exstat exemplum:

17. Eum. 156 (*δίκαν*) *διφρηλάτου*
163 (*τὸ πᾶν*) *δίκας πλέον* (cf. p. 5).

Ultimam strophae vocem talis exornat concentus in versu priapeo:

18. Ag. 419 *Ἀφροδίτα* ∾ 436 *ἀφικνεῖται*,

19. Suppl. 643 *ἀμέγαρτον* ∾ 655 *ἀρέσονται*.

In ithyphallico exstat hoc exemplum:

20. Pers. 856 *ἆρχε χώρας*
862 *ἆγον* [*ἐσ*] *οἴκους*

ubi Med. lectionem emendavit Porson; atque in iambis:

21. Cho. 460 *πρὸς ἐχθρούς.*
465 *ἔλθοι.*

22. Sept. 877 *σὺν αἰχμᾷ*
883 (*σὺν*) *σιδάρῳ* (cf. p. 27).

Periodi exitum signat consonantia in trochaeis:

23. Cho. 803 (*κλύετε σύμφρονες*) *θεοί*,
814 (*πρᾶξιν οὐρίσαι*) *θεῶν*,

de quo loco accuratius egi (p. 13), nec non versus priapei finem:

24. Suppl. 685 *ἀτερπής* ∾ 695 *ἀοιδοί*.

Medio denique in versu leguntur haec exempla in iambis:

25. Cho. 382 (Ζεῦ Ζεῦ) κάτωθεν
386 (φεῦ φεῦ) κάρανα.

26. Ag. 412 ἀπίστους ~ 429 ⟨ἀ⟩πένθεια

antistropham emendavit Blass (Herm. XXIX, 633).

27. Ag. 180 παρ᾿ ἄκοντας
187 βαρύνοντ᾿ Ἀχαϊκὸς λεώς

28. Eum. 386 ἀναλίῳ λάμπᾳ
394 ἀτιμίας κύρω

non igitur in exitu versus lacuna unius iambi statuenda est, sed contra Wilamowitzium ante ἀτιμίας, fortasse versus initio sicut proposuit Hermannus, mutato vocis κυρῶ accentu; quod ἰσοκωλία quoque probat.

In versibus pherecrateis occurrit:

29. Sept. 295 ποτὶ πύργους
312 πολιοῦχοι,

atque in dochmiis:

30. Ag. 1157 (πάτριον) ποτόν
1168 πατρός (cf. p. 4).

Medio in versu trochaico qui est strophae ultimus invenitur hoc exemplum:

31. Eum. 389 καὶ δυσομμάτοις
396 καὶ δυσάλιον (cf. p. 9),

atque in dochmiis:

32. Prom. 588 (κλύεις) φθέγμα (τᾶς βούκερω παρθένου)
608 (θρόει) φράζε (τᾷ δυσπλάνῳ παρθένῳ), (p. 10).

Strophae primo in versu dochmiaco legitur:

33. Sept. 779 ἐπεὶ δ᾿ ἀρτίφρων
785 τέκνοις δ᾿ ἀρ⟨χ⟩αίας

numeri ut convenirent ἀρχαίας proposuit Wilamowitz.

In versibus aeolicis exstat:

34. Prom. 128 φοβηθῇς· (φιλία)
143 Προμηθεῦ· (φοβερά)

atque in iambis:

35. Sept. 874 (ἰὼ ἰώ) δύσφρονες
880 (ἰὼ ἰώ) δωμάτων,

ubi praeter interiectionis anadiplosim voces quae sequuntur prima littera inter se consonant.

Iam expeditis iis locis in quibus verba respondentia initiis consonis exornata exstant ad παρομοίωσιν κατὰ τέλος accedamus, atque primum eam quae vocis in exitu posita simul versum terminat, quae scilicet vim habeat maiorem. qui concentus tres syllabas ultimas complectitur in metro iambico:

1. Cho. 406 φθινομένων
419 τεκομένων

stropham emendavit Ahrens: φθειμένων Mediceo traditum.

Aeolici versus in exitu exstat:

2. Prom. 530 ποτινισσομένα
540 δέ σε δερκομένα

atque in anapaestis:

3. Pers. 937 θρηνητῆρος
946 πενθητῆρος.

In duas syllabas ultimas consonantia his locis porrigitur in metro iambico:

4. Cho. 27 ὑφασμάτων
37 ὀνειράτων

5. Ag. 406 (Ἰλίῳ) φθοράν
422 (τις δοκῶν) δρᾶν

non recta est putanda quam proposuit Scholefield mutatio *δοκῶν ὁρᾷ,* sed agnoscendum etiam *εὖτ' ἂν* (cf. Kuehner-Gerth, Gr. Gr. II 1 p. 42) cum participio iungi suppleto copulae coniunctivo. quam ob causam somniorum gratiam vanam, *ματαίαν,* dicat hac sententia probat poeta: *μάταν γὰρ ὄψις διὰ χερῶν βέβακεν, εὖτ' ἂν ἐσθλά τις δοκῶν ὁρᾶν,* quod nos maioris perspicuitatis causa vertimus: denn eitel ist es (eitel nenne ich es), wenn einem, so oft er etwas Gutes zu sehen meint, der Anblick (die Erscheinung) aus den Händen entschwunden ist . . .

Reliqua exempla minus purum exhibent concentum; e quibus strophae trochaicae in exitu invenitur:

6. Cho. 593 (*φράσαι*) **κότον.**
601 (*καὶ*) **βροτῶν.**

Weilii igitur coniectura *καὶ στρόβων* non recipienda videtur.

Glyconei versus exitus hunc in modum exornatur:

7. Sept. 323 (**δουλίαν** *ψαφαρᾷ*) *σ***ποδῷ**
335 (**δ***ωμάτων* *στυγερὰν*) **ὁδόν,**

atque in dochmiis coniectura videtur restituendum esse:

8. Sept. 221 *πόλιν καὶ* **στρατὸν**
228 *ὕπερθ' ὀμ***μάτων.**

in Mediceo sic traditus est locus:

μηδ' ἐπίδοιμι τάνδ'
ἀστυδρομουμέναν πόλιν καὶ στράτευμ'
ἁπτόμενον πυρὶ δαΐῳ.

vertere non possumus »ne videam hanc urbem oppugnari«, cum iam in moenia impetum facturi hostes neque in campo obstituri Thebani sint; sed solum *ἁπτόμενον* ex *ἐπίδοιμι* pendet obtinetque alterum participium adiectivi vicem. etiam in paenultimi versus exitu syllabam ancipitem Aeschylum adhibuisse apparet ex Suppl. v. 174, Ag. 986; qui hoc ignoravit, pro genuina quam puto scriptura *στρατὸν* illud intulit synonymum. *πόλις καὶ στρατὸς* omnia quae versantur intra moenia complectuntur; quae

ἁπτόμενα πυρὶ dici posse non nego; quamquam multo mihi videtur pulchrius esse quod a Prienio iam inventum esse postea ex Weckleinii apparatu critico cognovi: *δαπτόμενον*, quo recepto ne anceps quidem syllaba admittenda est. exempla sunt

Eum. 1041 *τᾷ πυριδάπτῳ λαμπάδι*,
Prom. 368 *ποταμοὶ πυρὸς δάπτοντες ..... Σικελίας λευροὺς γύας.*

Sequitur magnus eorum locorum numerus, in quibus ultima tantum syllaba versuum respondentium exitus consonant; quae figura stropham versibus aeolicis et trochaicis conditam ad finem perducit:

1. Prom. 891 *καὶ* **μήτε τῶν** *πλούτῳ διαθρυ***πτομένων**
*μήτε τῶν γέννᾳ μεγαλυ***νομένων**
*ὄντα χερνήταν ἐραστεῦσαι γά***μων.**

898 *ταρβῶ γὰρ ἀστεργάνορα παρθ***ενίαν**
*εἰσορῶσ' Ἰοῦς † γάμῳ δαπτομέ***ναν**
*δυσπλάνοις Ἥρας ἀλατείαις πό***νων.**

consonat ultima strophae et antistrophae vox, praeterea cum in antistropha tum in stropha antecedentes versus finitimi inter se; sicuti plerumque fit, haec alterius loci *παρομοίωσις* maiore arte longius extenditur.

Eadem occurrit figura per totam stropham continuata:

2. Cho. 466 **ἰὼ** *πόνος ἐγγεν***ὴς**
*καὶ παράμουσος ἄτ***ης**
*αἱματόεσσα πληγ***ή**·
ἰὼ δύστον' *ἄφερτα κήδ***η**·
ἰὼ δυσκατά*παυστον ἄλγος.*

471 *δώμασιν* **ἔμ***μο***τον**
*τῶνδ' ἄκος, οὐδ' ἀπ' ἄλλ***ων**
*ἔκτοθεν, ἀλλ' ἀπ' αὐτ***ῶν**
δι' *ὠμ***ὰν** *ἔριν αἱματηρ***άν**·
*θε***ῶν** **⟨τᾶν⟩ κατὰ** *γᾶς ὅδ' ὕμ***νος.**

ut in priore exemplo sic hic quoque consonant versuum exitus: neque enim ἄτης videtur mutandum esse neque recipienda varia Medicei lectio πλαγά; praeterea occurrit vv. 466 ∾ 471 concentus **ἐγγενὴς** ∾ **ἔμμοτον**, 470 ∾ 475 **δυσκατάπαυστον** ∾ **κατὰ** γᾶς, 468 ∾ 474 **ἰὼ** ∾ δι᾿ **ὤμ**. (cf. παρομοίωσις κατὰ μέσον); strophae anadiplosi ἰὼ δυσ. ut simile aliquid respondeat in antistropha, in v. 475 lacuna cum Hermanno τᾶν videtur supplendum esse.

Impura legitur παρομοίωσις:

3. Cho. 383 ὑστερόποινον ἄτ**αν**
βροτῶν τλάμονι καὶ πανούργ**ῳ**
χειρί — τοκεῦσιν ὅμως τελεῖ**ται.**

397 πιστὰ γένοιτο χώρ**ᾳ.**
δίκαν δ᾿ ἐξ ἀδίκων ἀπαιτῶ·
κλῦτε δὲ Γᾶ χθονίων τε τιμ**αί.**

in versu antecedenti praeterea legitur **Ζεῦ Ζεῦ κάτωθεν** ∾ **φεῦ φεῦ κάρανα** (p. 28. 42). ἄταν varia Med. lectio; antistropham emendavit Ahrens: ταχθονίων τετιμαι (ἐν supra) Med. —

4. Suppl. 353 μόχθ**ους** ∾ 364 ἁγν**οῦ.**

Sublata denique parisosi in versu aeolico strophae exeuntis legitur:

5. Cho. 353 εὐφόρητ**ον** ∾ 371 ἄπειρ**ον.**

Strophae ionicae finem ornat haec figura:

6. Suppl. 1043 τρίβ**οι** τ᾿ ἐρώ**των**
1052 πέλ**οι** γυναικ**ῶν,**

ubi antecedens quoque vocabulum cadit in easdem litteras.

Impurus exstat concentus strophae in exitu iamborum:

7. Ag. 1123 πέλ**ει** ∾ 1135 μαθ**εῖν,**

atque sine parisosi:

8. Sept. 420 (- φ**όρους** μ**όρους ὑπὲρ** φίλων . . . . .) ἰδέσθ**αι**
455 (ἑδωλίων **ὑπερ**κόπ**ῳ** . . . . .) ἐκλαπάξ**αι**

quo loco praeter παρομοίωσιν καθ᾿ ὅλον (p. 19) cum in

stropha tum in antistropha voces finitimae inter se consonant; tum

9. Sept. 852 κατ᾿ οὖρον ∾ 860 χέρσον.

In trochaeis coniectura videtur concentus restituendus esse hoc loco:

10. Cho. 826 ἀποστατεῖ φίλων
837 ἐξαπολλὺς μόρῳ.

cum Medicei verba τὸν αἴτιον ἐξαπολλὺς μόρον sensum non habeant atque Turnebi μόρου appositum ad αἴτιον sit supervacaneum, Heimsoethii emendatio μόρῳ longe optima videtur. (Pers. 446 ποίῳ μόρῳ δὲ τούσδε φῂς ὀλωλέναι; Ag. 1495 δολίῳ μόρῳ δαμείς).

Periodi exitum ostendit in versibus aeolicis hoc exemplum:

11. Suppl. 59 οἶκτον αἰών
64 οἶκτον ἠθέων,

12. Sept. 350 βρέμονται ∾ 362 φορεῖται,

13. Pers. 1024 ἐσπανίσμεθ᾿ ἀρωγῶν
1036 γυμνός εἰμι προπομπῶν.

In dochmiis legitur:

14. Eum. 146 ἄφερτον κακόν
153 τοκεῦσιν πικρόν

atque in ionicis sine parisosi:

15. Suppl. 1038 ἔργοις ἐπὶ σεμνοῖς
1047 ταχυπόμποισι διωγμοῖς.

ubi in antecedenti quoque metro eadem thesis concentum exhibet.

In iambis impura invenitur παρομοίωσις:

16. Sept. 326 ἄγεσθαι ∾ 338 δαμασθῇ·

deest *ἰσοκωλία* his locis:

17. Ag. 120 *δρόμων* ∾ 137 *αἰετῶν*

18. Cho. 437 *χερῶν* ∾ 442 *αἰῶνι σῷ*.

Primi strophae versus exitum haec ornat figura in iambis:

19. Ag. 1136 *ἰὼ ἰὼ ταλαίνας*
1146 *ἰὼ ἰὼ λιγείας*

20. Eum. 381 (*δὲ καὶ τέλειοι*) *κακῶν*
390 (*τε καὶ δέδοικεν*) *βροτῶν*

21. Suppl. 524 *ἄναξ ἀνάκτων μακάρων*
532 *τὸ πρὸς γυναικῶν ἐπιδὼν*

qui versus posterioris metri anaclasim exhibet ut choriambicus sit.

Deest *ἰσοκωλία* his locis:

22. Sept. 766 *ἀρᾶν* ∾ 771 *ἐθαύμασαν*

23. ib. 911 *ἔχουσιν* ∾ 922 *ἀθλίοισιν*

24. ib. 934 *πανώλεθροι* ∾ 947 *ὦ μέλεοι*

non assensus Wilamowitzio, qui proposuit *οἱ μέλεοι*, recc. codd. retineo scripturam — *μέλεοι* Med. — propter sonorum aequabilitatem.

Denique in trochaeis legitur exemplum:

25. Eum. 490 *νῦν καταστροφαὶ νέων θεσμίων*
499 *οὔτι γὰρ βροτοσκόπων μαινάδων*.

Reliqua ascribo exempla graviora in quibus exitus versuum media in stropha positorum hoc ornamentum ostendunt. in metro iambico inveniuntur:

26. Cho. 408 *δωμάτων* ∾ 421 *ὠμόφρων*

27. ib. 25 *νεοτόμῳ* ∾ 35 *περὶ φόβῳ*

28. Ag. 439 *δορὸς* ∾ 458 *χρέος*

29. Suppl. 374 *χρέος* ∾ 385 *κότος*

In trochaeis haec legitur figura:

30. Ag. 723 ἀγκάλαις ∼ 733 οἰκέταις.

31. Cho. 803 τῶν πάλαι πεπραγμένων
816 ἄσκοπον δ' ἔπος λέγων

in stropha inter verba ἄγετε atque τῶν πάλαι (803) cum Wilamowitzio videtur lacuna statuenda esse.

32. Cho. 820 δωμάτων λυτήριον
832 καρδίαν ◡ — σχεθὼν

propter verborum δωμάτων ∼ καρδίαν parisosim lacunam ante σχεθὼν statuere contra Wilamowitzium malim.

In versibus anapaesticis exempla sunt de quibus pluribus iam dixi (p. 17):

33. Pers. 959 Ψάμμις Πελάγων καὶ Δατάμας
Σουσισκάνης τ' ἠδ' Ἀγβάτας
970 Μέμφις Θάρυβις καὶ Μασίστρας
Ἀρτεμβάρης τ' ἠδ' Ὑσταίχμας

atque in dochmiis:

34. Sept. 124 πρέποντες στρατοῦ
145 Λύκειος γενοῦ

35. Ag. 1117 ἀκόρετος γένει
1128 ἐν ἐνύδρῳ κύτει (τεύχει Med.: correxit Blomfield)

36. Pers. 633 βάρβαρα σαφηνῆ
641 δαίμονα μεγαυχῆ

μεγαυχῆ rec. cod. lectio: μεγαλαυχῆ Med. versus ἀνακλάσει infractus est.

Porro exstant exempla in ionicis:

37. Cho. 327 ὀτοτύζεται δ' ὁ θνήσκων
ἀναφαίνεται δ' ὁ βλάπτων
358 πρόπολός τε τῶν μεγίστων
χθονίων ἐκεῖ τυράννων

38. Ag. 695 ἄφαντον ∼ 712 αἰνόλεκτρον,

39. Prom. 400 παρειὰν ∼ 408 τὰν σὰν,

denique in versibus aeolicis:

40. Pers. 589 ἄζονται· βασιλεία
596 Αἴαντος περικλύστα
41. Prom. 529 θεοὺς ὁσίαις
539 ἐν εὐφροσύναις.

His collectis exemplis ad ea accedamus in quibus verborum medio in versu positorum exitus consonant. iam commemoravi quae verba composita posterioris partis in antistropha repetitionem exhibent (Pers. 939 ∾ 948 p. 11. 22. Suppl. 749 ∾ 757 p. 22); de Suppl. quoque vv. 751 ∾ 759 pluribus iam dixi (p. 11). praeterea complurium syllabarum concentum ostendunt in iambis:

1. Suppl. 111 πάθεα μέλεα (θρεομένα)
123 ἐναγέα τέλεα (πελομένων)

insequentium vocum accedit παρομοίωσις κατὰ μέσον.

2. Pers. 269 τὰ πολέα βέλεα (παμμιγῆ)
275 ἁλίδονα μέλεα (παμβαφῆ)

μέλεα tradidit cod. rec.: σώματα Med. (cf. p. 21).

Dochmiacum deinde metrum est:

3. Suppl. 638 θερίζοντα (βροτοὺς)
657 μιαίνοντα·(βαρὺς)

Weilii coniecturam ἰαίνοιτο falsam esse hinc quoque efficitur; quam iam Wilamowitz reiecit qui primus loci sententiam explicavit (comm. metr. II. 11).

In trochaeis hoc legitur exemplum:

4. Eum. 497 πάθεα ∾ 506 ἄκεα

5. ib. 371 ἐπιφθόνοις (ποδός)
380 πολύστονος (φάτις)

quod impurum exhibet concentum; idem occurrit in versibus aeolicis:

6. Prom. 546 τίς ἐφαμερίων
555 τὸ διαμφίδιον

7. ib. 580 οἰστρηλάτῳ δὲ
600 σκιρτημάτων δὲ

8. Eum. 686 ἔστω (πάσᾳ)
696 φερέσθω (φάμα)

prima syllaba glyconei in exitu, secunda pherecratei initio exstat ita ut inter se copulet hoc loco priapei partes figura.

Sequitur ut enumerem eos locos in quibus sola syllaba ultima verba consonant; sed cum non huius loci sit materiam cum pulvisculo exhaurire, satis habeo gravissima aliquot atque maxime insignia exempla elegisse. in iambis igitur leguntur haec:

9. Cho. 644 (τὸ πᾶν) Διὸς
652 (τίνειν) μύσος

10. Prom. 588 κλύεις (φθέγμα) τᾶς βούκερω (παρθένου)
608 θρόει (φράζε) τᾷ δυσπλάνῳ (παρθένῳ) (cf. p. 10).

11. Ag. 195 πεισμάτων (ἀφειδεῖς)
207 δόμων (ἄγαλμα)

12. Cho. 382 Ζεῦ Ζεῦ ∾ 396 φεῦ φεῦ (p. 42).

13. Suppl. 778 χθονὸς (κελαινὸν εἶ)
786 πατρὸς (σκοπαὶ δέ μ' εἷλον)

14. ib. 682 βοάν (τ' ἔνδημον)
693 τὸ πᾶν (τ' ἐκ δαιμόνων)

15. Eum. 161 (πάρεστι . . . . .) κρύος (ἔχειν)
168 (πάρεστι . . . . .) ἄγος (ἔχειν)

16. Pers. 573 οὐράνι' (ἄχη, ὀᾶ)
581 δαιμόνι' (ἄχη, ὀᾶ)

his locis breves consonant syllabae quam παρομοίωσιν insequentis vocabuli repetitio sequitur. Pers. 581 ἄπαιδες ἐραδαιμόνι' in Med., ἄπαιδες ἔρρανται in rec. cod. scriptum legitur; corruptela quam emendavit Porson ex dittographia orta videtur (στερηθεὶς in versu antecedenti).

Eius arsis quae est in trimetro iambico ante semiquinariam concentum inveni his locis:

17. Sept. 875 *φίλων ἄπειστοι* (*καὶ*)
881 *ἐρειψίτοιχοι* (*καὶ*)

18. Cho. 423 *ἔκοψα κομμὸν*
445 *λέγεις πατρῷον*

In trochaeis leguntur haec exempla:

19. Cho. 586 (*πόντιαί τ'*) *ἀγκάλαι κνωδάλων* (*ἀνταίων*)
596 (*καὶ γυναικῶν*) *φράσαι τλαμόνων* (*παντόλμους*)

cum Medicei verba *λέγοι* — *φρεσὶν* inepta sint, iam Hermannus *λόγῳ* — *φράσει* coniecit; *φράσαι* propter concentum praefert Robert: v. 592 *φράσαι* hoc modo revocatur. (de optativo sine *ἂν* posito in enuntiato interrogativo cf. Sidgwickianae Choephoron editionis append. p. 80.)

20. Cho. 592 *αἰγίδων φράσαι* (*κότον*)
601 *κνωδάλων τε καὶ* (*βροτῶν*)

21. Eum. 490 *νέων θεσμίων εἰ κρατήσει*
501 *βροτοσκόπων μαινάδων τῶνδ' ἐφέρψει* (p. 48)

22. ib. 531 *ξύμμετρον* (*δ' ἔπος λέγω*)
541 *κύριον* (*μένει τέλος*)

23. Cho. 588 (*κνωδάλων ἀνταίων βροτοῖσι*) *πλάθουσι*
598 (*τλαμόνων παντόλμους ἔρωτας*) *ἄταισι* (*συννόμους βροτῶν ξυζύγους ὁμαυλίας*)

de vocibus quae antecedunt paulo ante dixi (no. 19). reicienda videtur Weilii coniectura *ἄταις τε*, sed delendum *δὲ* ante *ὁμαυλίας* (v. 599) quod idem v. d. proposuit: pendent tum voces *ξυζύγους ὁμαυλίας* ex verbo quod latet in adiectivo *συννόμους* (cf. ad Eum. 155 ∾ 168 p. 8) ita ut sit loci sententia *πάντολμοι γυναικῶν ἔρωτες ἄταισι συννέμουσι ξυζύγους βροτῶν ὁμαυλίας*.

In dochmiis exempla sunt haec:

24. Eum. 156 ἔτυψεν δίκαν
163 κρατοῦντες τὸ πᾶν

25. Sept. 153 βριθομένων
160 χαλκοδέτων

26. Eum. 157 μεσολαβεῖ (κέντρῳ)
164 φονολιβῆ (θρόνον),

atque in versibus aeolicis:

27. Prom. 551 ἁρμονίαν θνατῶν
560 Ἡσιόναν πείθων

28. Ag. 380 εὖ πραπίδων λαχόντα
398 φῶτ' ἄδικον καθαιρεῖ

hac consonantia atque insigni verborum parisosi Blomfieldii in antistropha coniecturam φῶτα Δίκα καθαιρεῖ falsam esse mihi persuadetur quaerendamque corruptelam in versu antecedenti qui metricam quoque offensionem praebet.

Saepe hac quoque in figura accidit ut finitimorum strophae verborum fines in easdem litteras exeant respondente paribus locis similiter figurata antistropha. quorum ὁμοιοτελεύτων summam scilicet vim habent ea quae complures deinceps versus clausulis consonantibus ornant.

1. Sept. 778 ἐπεὶ δ' ἀρτίφρων
ἐγένετο μέλεος ἀθλίων
γάμων, ἐπ' ἄλγει δυσφορῶν . . . . .
785 τέκνοις δ' ἀρ⟨χ⟩αίας
ἐφῆκεν ἐπικότους τροφᾶς,
αἰαῖ, πικρογλώσσους ἀράς

primus attulit hoc exemplum Kiehl (cf. p. 2). de versuum distinctione constat ita, ut a dochmio strophae initium fieri

appareat quem usque ad periodi exitum iambi sequuntur; neque figura nostra ultra progreditur.

De eis quae in versibus aeolicis atque ionicis inveniuntur exemplis iam dixi (Cho. 466 ∾ 471 sqq., Prom. 891 ∾ 898 sq. p. 45, Cho. 327 ∾ 358 sq. p. 49).

Porro in trochaeis leguntur exempla:

2. Eum. 509 ξυμφορᾷ τετυμ**μένος**
τοῦτ᾽ ἔπος θροού**μενος**
518 καὶ φρενῶν ἐπίσκοπ**ον**
δεῖ μένειν καθήμεν**ον**
3. Ag. 161 — φίλον κεκλημένῳ
τοῦτό νιν προσεννέπω . . . . .
169 παμμάχῳ θράσει **βρύων**
οὐδὲ λέξεται **πρὶν ὤν.**

Non versuum, at metrorum finitimorum in exitu posita verba ὁμοιοτέλευτον exhibent in trochaeis strophae ineuntis:

4. Sept. 832 ὦ μέ**λαινα** ⦚ καὶ **τελεία**
840 ἐξέπρα**ξεν** ⦚ οὐδ᾽ ἀπεῖ**πεν,**

atque in choriambis:

5. Suppl. 60 — ὄπα **τᾶς** ⦚ Τηρεΐ**ας**
65 — **μόρον ὡς** ⦚ αὐτοφόν**ως**

Deinde verborum exitus qui intra idem metrum exstant consonant in iambis:

6. Sept. 420 - φό**ρους** μό**ρους** (ὑπὲρ φίλων)
455 ἑδωλίων (ὑπερκόπῳ)
7. Prom. 163 **ἄ**γναμπτ**ον** νό**ον**
182 **ἀ**μφὶ σ**αῖς** τύχ**αις**

Dochmiaci versus ultima thesis atque insequentis secunda isdem occupantur verborum clausulis:

8. Ag. 1158 τότε μὲν ἀμφὶ σ**ὰς** ⦚ αἰόν**ας**
1168 πολυκανεῖς βοτ**ῶν** ⦚ ποιονόμ**ων**

Intra eundem versum dochmiacum exstat concentus his locis:

9.	Suppl.	432	πολυμίτων	πέπλων
		437	τάδε φράσαι	δίκαια . .
10.	Sept.	234	δυσμενέων	δ᾽ ὄχλον
		240	ταρβοσύνῳ	φόβῳ
11.	ib.	935	διανομαῖς	ἀφίλοις
		948	διοδότων	ἀχέων

de quo loco antea pluribus dixi (p. 40).

Non fugisse puto legentes eundem plerumque accentum esse respondentibus verbis quae puram *ὁμοιοτελεύτου* figuram ostendunt; quod ita ferre mihi videtur natura rei, neque longius in eo versari mihi est in animo. sed restat ut afferam etiam *παρομοιώσεως κατὰ μέσον* exempla, atque hic quoque primum ea quae complurium syllabarum exhibent concentum.

1.	Cho.	470	(ἰὼ) δυσκατάπαυστον	(ἄλγος.)
		475	(θεῶν) ⟨τᾶν⟩κατὰ γᾶς	(ὅδ᾽ ὕμνος.)
2.	ib.	826	— ἀποστατεῖ	(φίλων.)
		837	ἐξαπολλὺς	(μόρῳ.)

haec reliquis anteposui, quia his locis compositarum vocum consonae mediae partes praepositionibus isdem efficiuntur. illic aeolicae, hic trochaicae strophae ultimo in versu exstat concentus; quos alia de causa antea iam commemoravi (p. 45. 47).

Reliquis locis trium deinceps syllabarum invenitur consonantia in dactylis:

3. Eum. 347 γιγνομέναισι
360 σπευδόμεναι δ᾽,

atque iambica in stropha:

4. Eum. 555 βιαίως ∾ 563 δι᾽ αἰῶνος

verborum *δι᾽ αἰῶνος δὲ τὸν πρὶν ὄλβον*, quae *τὸν πολυχρόνιον ὄλβον* scholiasta interpretatur, singularis atque mirus prorsus ordo concentum arte quaesitum esse evidenter probat.

Binas complectitur medias syllabas *παρομοίωσις* in iambis:

5. Ag. 439 *ταλαντοῦχος*
458 *δημοκράντου δ᾽*

δημοκράτου in Med., quod correxit Porson.

6. Ag. 246 (*τριτόσπονδον εὔποτμον*) *παιᾶνα* (*φίλως ἐτίμα.*)
257 (*τόδ᾽ ἄγχιστον Ἀπίας*) *γαίας* (*μονόφρουρον ἕρκος.*)

stropham emendavit Hartung proposito *παιῶνα* cum in Med. *αἰῶνα* legatur; *παιᾶνα* restituit Enger.

Haec exempla longam utramque syllabam exhibebant; in iis quae sequuntur longa et brevis coniunctae concentum efficiunt; quod fit in metro trochaico:

7. Ag. 180 — — *καὶ παρ᾽ ἄκοντας* — — —
187 *κεναγγεῖ βαρύνοντ᾽ Ἀχαιικὸς λεὼς*

et in choriambis:

8. Ag. 202 *Ἄρτεμιν* ∾ 215 *παρθενίου*,

atque in versibus aeolicis:

9. Prom. 130 *τόνδε πάγον*
145 *σὸν δέμας*

In iambis porro sunt haec exempla:

10. Suppl. 97 *βίαν* ∾ 103 *δι᾽ ἁμὸν*

11. Cho. 45 *ἰὼ γαῖα*
56 *δι᾽ ὤτων*,

deinde strophae in initio:

12. Suppl. 904 *ἰὼ πόλεως*
907 *διωλόμεσθ᾽*

13. Cho. 429 [*ἰὼ*] *ἰὼ δαΐα*
451 *δι᾽ ὤτων δὲ*

antistrophae initio *κλύεις* ante *δι᾽ ὤτων* adiecit Wilamowitz, qua re tollit incipientium versuum concentum; sed cum a dochmio strophae iambicae initium fieri posse supra exposuerim (ad Sept. 778/85 p. 53) longe optimum mihi videtur delere alterum *ἰὼ* quod primus proposuit Paley.

Denique inveni in versibus aeolicis quem locum antea iam commemoravi (p. 45):

14. Cho. 469 *ἰὼ* ~ 474 *δι᾽ ὠμὰν*

Breves binae consonant syllabae quarum altera ictum exhibet in dochmiis:

15. Suppl. 395 *ἑλόμενος* ~ 405 *ῥεπομένων*

atque in versibus aeolicis:

16. Prom. 892 *μεγαλυνομένων* ~ 899 *δαπτομέναν*

17. Cho. 786 *μαιομένοις* ~ 797 *σῳζόμενον*.

Eorum quoque locorum qui singularum syllabarum *παρομοίωσιν* media in voce ostendunt selecta tantum afferam exempla. in iambis leguntur:

18. Cho. 426 *ἐπασσυτεροτριβῆ*
448 *ἑτοιμότερα*

19. Eum. 160 (*πάρεστι*) *μαστίκτορος*
165 (*πάρεστι*) *γᾶς ὀμφαλὸν* (cf. p. 5)

20. Cho. 408 *δωμάτων* ~ 421 *ὠμόφρων*

atque in trochaeis:

21. Cho. 588 *ἀνταίων βροτοῖσι πλάθουσι*
598 *παντόλμους ἔρωτας ἄταισι*

de quo loco antea iam dixi (p. 52).

Strophae primum verbum in versu aeolico haec exornat figura:

22. Prom. 526 *μηδάμ᾽* ~ 537 *ἡδύ*

reiciendum igitur est Hermanni *ἁδύ* praesertim cum tam insigni loco exstet *παρομοίωσις*.

Deinde primo strophae in versu legitur concentus:

23. Prom. 128 *φοβηθῆς* ∾ 143 *Προμηθεῦ*

atque periodi initio in dactylis:

24. Ag. 165 *πλὴν Διὸς*
174 *Ζῆνα δέ*

quo loco Iovis quoque nominis recursus memorabilis est.

Ultimi denique strophae versus in initio occurrit:

25. Pers. 637 *νέρθεν ἆρα κλύει μου;*
647 *Περσὶς αἶα κάλυψεν.*

In his subtilioribus *παρομοιώσεως* formis eo maxime vim habet haec figura, quod complures tales concentus finitimi occurrunt; sed cum persaepe diversi generis exempla conexa legantur, in disponenda materia illae consonantiae diversarum *παρομοιώσεων* coniunctione efficaces diversis locis mihi inserendae erant qua re imminui videbatur vis exemplorum quamquam quoad fieri poterat concentus vicinos uncis inclusos ascribere studui; quod cum non omnibus locis liceret, e re videtur esse in extremo hoc capite afferre nonnulla quae imprimis conexu valent exempla.

1. Ag. 1156 ***ἰὼ γάμοι γάμοι Πάριδος ὀλέθριοι φίλων.***
ἰὼ *Σκαμάνδρου πάτριον* ***ποτόν·***
τότε μὲν ἀμφὶ σὰς αἰόνας . . . . .

1167 ***ἰὼ πόνοι πόνοι πόλεος ὀλομένας*** *τὸ πᾶν.*
ἰὼ *πρόπυργοι* *θυσίαι* ***πατρὸς***
πολυκανεῖς *βοτῶν* ***ποιονόμων*** *. . . . .*

praeter vocabulorum anaphoram et anadiplosim consonant strophae voces *Πάριδος, ὀλέθριοι, ποτὸν* cum antistropha; memorabile deinde est vocum *ὀλέθριοι* et *πάτριον* radices recurrere in antistropha illic eodem, hic vicino loco;

denique vocabulorum *σὰς αἰόνας* atque *βοτῶν ποιονόμων* finitimae *παρομοιώσεις κατὰ τέλος* (cf. p. 4. 54).

2. Suppl. 812 ***βίαια** μὴ φίλοις ὁρῶν ὄμμασιν ἐνδίκως.*
*σεβί**ζου** δ᾽ ἱκέτας **σέθεν***

821 ***βίαια** δίζηνται λαβεῖν. σὸν δ᾽ ἐπίπαν ζυγὸν*
*ταλάν**του**. τί δ᾽ ἄνευ **σέθεν***

verborum repetitiones augent atque copulant inter se interpositi concentus leviores maxime in glyconeo (cf. p. 13); easdem litteras transmutatas iisdem antistrophae locis recurrere (812 *μὴ φίλοις* ∾ 821 *δίζηνται*) praeter alia probant exempla:

Pers. 269 ***β**έλεα παμ**μ**ιγῆ*
275 ***μ**έλεα παμ**β**αφῆ* (p. 21)

Sept. 875 *δαι**μό**νιοι* ∾ 887 *αἰνο**μό**ροις*

Eum. 385 ***δ**ὲ καὶ τέλειοι*
393 *τε καὶ **δ**έδοικεν.* —

3. Prom. 588 *κλύεις **φ**θέγμα **τᾶς** βούκερω **παρθένου**;*
608 *θρόει **φ**ράζε **τᾷ** δυσπλάνῳ **παρθένῳ**.*

omnia quae in hoc versu exstant vocabula concentum aliquem cum antistropha exhibent (p. 10).

Idem cadit in hunc locum (cf. p. 43. 11):

4. Pers. 937 *θρηνη**τῆρος** | πέμψω πολύ**δακρυν ἰαχάν**.*
946 *πενθη**τῆρος** | κλάγξω δ᾽ ἀρί**δακρυν ἰαχάν**.*

5. Ag. 692 *ζεφύ**ρου** γίγαντος αὔρᾳ, **πολύ**ανδροι*
710 *Πριά**μου** πόλις γεραιὰ **πολύ**θρηνον . .*

prioris versus consonat initium et exitus, in posteriore monometro ionico quem singulae voces compositae explent recurrit ea quae primum locum obtinet pars (cf. p. 21).

6. Ag. 406 . . . *Ἰλίῳ φθο**ρὰν** | βέβακεν ῥίμφα **διὰ** πυλᾶν*
*ἄτλατα τλᾶσα· πολλὰ δ᾽ ἔ**στερον***
423 . . . *τις δοκῶν ὁ**ρᾶν** | παραλλάξασα **διὰ** χερῶν*
*βέβακεν ὄψις οὐ μεθύ**στερον***

praeter vocum sonorumque quam notavi aequabilitatem verbum quoque regens quamquam alio loco repetitum exstat in antistropha (cf. p. 27).

7. Cho. 43 . . *ἀχάριτον ἀπότροπον κακῶν*, | *ἰὼ γαῖα μαῖα μωμένα μ' ἰάλλει δύσθεος γυνά· φοβοῦμαι δ' ἔπος τόδ' ἐκβαλεῖν*

55 . . *ἀδάματον ἀπόλεμον τὸ πρὶν* | *δι' ὤτων φρενός τε δαμίας περαῖνον νῦν ἀφίσταται· φοβεῖται δέ τις· τὸ δ' εὐτυχεῖν*

persaepe hic legitur *παρομοίωσις καθ' ὅλον*, sed *κατὰ μέσον* quoque ea, quae versus initio posita (*ιω*) maxime in deliciis est huic poetae, atque verbi respondentis sententiae in primordio recursus artem subtiliorem demonstrant (cf. p. 36. 37. 56).

8. Sept. 321 *οἰκτρὸν γὰρ πόλιν ὧδ' ὠγυγίαν Ἀίδᾳ προϊάψαι δορὸς ἄγραν δουλίαν ψαφαρᾷ σποδῷ*

333 *κλαυτὸν δ' ἀρτιτρόποις ὠμοδρόπων νομίμων προπάροιθεν διαμεῖψαι δωμάτων στυγερὰν ὁδόν.*

omnis generis hoc loco exempla exstant conexa atque coniuncta; nam finitimi quoque concentus leguntur, cum vox *ὠγυγίαν* non solum *καθ' ὅλον* consonet cum respondenti antistrophae vocabulo, sed etiam in stropha eundem vel similem exhibeat exitum atque ea quae sequitur; quam figuram eodem ostendit loco antistropha.

9. Cho. 27 . . *δ' ὑφασμάτων λακίδες ἔφλαδον ὑπ' ἄλγεσιν*

37 *τῶνδ' ὀνειράτων θεόθεν ἔλακον ὑπέγγυοι*

10. ib. 586 *πόντιαί τ' ἀγκάλαι κνωδάλων ἀνταίων βροτοῖσι πλάθουσι*

596 *καὶ γυναικῶν φράσαι τλαμόνων παντόλμους ἔρωτας ἄταισι*

plerumque alteram metri thesim hoc loco obtinet concentus, sed in arsi quoque invenitur (cf. p. 52).

11. Cho. 593 *αἰγίδων φράσαι κότον.*

601 *κνωδάλων τε καὶ βροτῶν.* (cf. p. 44).

12. Eum. 490 *νῦν καταστροφαὶ νέων θεσμίων εἰ κρατήσει*
499 *οὔτι γὰρ βροτοσκόπων μαινάδων τῶνδ' ἐφέρψει*
13. Prom. 551 *ἄγαγες Ἡσιόναν*
560 *τὰν Διὸς ἁρμονίαν*

Etiam singularum litterarum repetitiones cum figuram augere tum per se memorabilem efficere concentum haec ultima doceant exempla:

14. Suppl. 778 *χθονὸς κελαινὸν εἰ*
786 *πατρὸς σκοπαὶ δέ μ' εἷλον*
15. Cho. 438 *ἔπειτ' ἐγὼ νοσφίσας*
443 *κλύεις πατρῴους δύας*

quae theses tantum versuum ostendunt aequales.

Haec in praesentia demonstrare sufficiant exempla in his subtilioribus quoque *παρομοιώσεως* formis agnoscendum esse consilium poetae.

Argumenti conspectus.

A. De vocum in strophicis Aeschyli canticis aequabilitate.

B. De sonorum aequabilitate.

Vita.

Natus sum William Otto Kuehn a. d. V. Non. Oct. anni MDCCCLXXXI patre Ottone matre Ludovica e gente Harder, quos parentes adhuc superstites esse summum mihi affert gaudium; Borussiae occidentalis oriundus ab urbe Marienburg, cuius arcem olim Teutonici illius ordinis equestris magistri praepotentes sibi sedem elegerunt; fideique addictus evangelicae. illa quoque florentium scholarum in urbe postquam communis humanitatis elementis imbutus sum gymnasium frequentavi, meoque anno maturitatis testimonium adeptus ineunte anni MDCCCCI aestate Halas me contuli ut antiquitatis Graecae Romanaeque et historiae studiis me dederem; quae per bis senos menses hac in urbe, tum Berolini totidem per menses, denique Halas reversus usque ad hunc diem continuavi admixtis modice Germanicis archaeologicis philosophis. docuerunt me Halis viri clarissimi: Bechtel, Blass, Dittenberger, Ihm, Robert, Wissowa; Brode, Droysen, Ed. Meyer, de Ruville, Wilcken; Strauch; Aall, Fries, Riehl, Vaihinger; Conrad, Eltzbacher; deinde Berolini: Diels, Heinze, Helm, Vahlen, de Wilamowitz-Moellendorff; Delbrueck, Hirschfeld, Sternfeld, Breysig; Kekule de Stradonitz, Winnefeldt; E. Schmidt; Vierkandt. quibus omnibus optime de me meritis quantum debeam numquam obliviscar. sodalis praeterea fui per quater senos menses et proseminarii et seminarii philologi, quibus exercitationibus ut adessem benigne concesserunt Blass, Ihm, Wissowa Halenses, Diels, Heinze, Helm, de Wilamowitz Berolinenses; idem interfui seminarii historici exercitationibus quibus Wilcken praeerat, et archaeologicis quas Robert Halis, Berolini Kekule moderabatur. quos omnes

viros clarissimos atque illustrissimos pia semper grataque colam memoria; imprimis autem quam eximia erga me usi benevolentia atque benignitate Fridericus Blass, Carolus Robert, Georgius Wissowa venerandi praeceptores in conscribendo hoc opusculo me iuverint cum praedico gratiasque ago iucundum praesto acceptumque officium gaudeoque quod pronuntiandi hoc loco facta est copia.

Postquam referente Carolo Robert dissertatio probata atque tentamen rigorosum habitum est pridie Kal. Jul. a. MDCCCCV, permissu amplissimi philos. ord. pars dissertationis hoc loco formis exprimitur. ad finem perducta atque per strophicam tragoediae comoediaeque Graecorum poesim porrecta tota commentatio postea lingua Germana conscripta prodibit.